



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ actiones extrajudiciales sint Religiosis specialiter interdictæ. punct.
13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

chorum forensis negotijs suscepit, vel executor existat; quod clarus exprelit cap. ex parte de postulando, dicens Religiosos non debere esse forensis, vel Ecclesiastici negotijs suscepiores. Quibus verbis debitum legale & obligatio exprimitur, non irritatio actus, & licet i. Clement. *Religiosus de Procuratorib.* dicatur Religiosum non posse sine sui superioris licentia Procuratoris officium suscipere non inde inferitur, si de facto suscipiat, actum irritatio esse, cum de potentia licita, & valida optimè hæc verba explicari possint, præcipue cum hi explicanda sint de substitutione. Procuratoris in eodem texu eidem verbis habita. Neque obstat Religiosum seruo comparari, cuius iudicium nullum est, quia etiam comparatur filiofamilias, cuius iudicium validum, tametsi patris confensus non accesserit, si ex comparatione ad seruum inferendum esset supra dicta officia à Religioso exercita nullius esse momenti; dicendum esset neque ex licentia Praelati valida fore nisi quidem seruus etiam ex licentia domini iudex esse non posset. Ergo supradicta officia à Religioso sine licentia Praelati praestita validam sunt, namque iurisprudentia & ita tener, pluribusque relatis firmat Fulvius Paulian. *conf. 162. à n. 71. Ep. 709.*

2. Nihilominus contraria posset communis sententia, quæ expedit per partes explicare, ut inde constet, quid tenendum sit. Primum affirmat officium iudicis à Religioso suscepit, ab eoque exercitum absque sui Praelati licentia nullum esse, sic docuit Glossa loquens de officio arbitrii in leg. *Praedi. 7. §. in forum ff. de arbitriis.* Sanch. lib. 6. sum. c. 15. n. 69. Ep. 97. vbi loquitur de officio Vicarij. Layman. lib. 4. sum. cap. 11. n. 6. fine. Mouentur exemplo serui, cuius arbitrium, & iudicium nullum est. Fatoe ineficax esse argumentum ob ea quæ dixi in ratione dubitandi. Et præcipue quia ex serui iudicio irritato non debes inferre iudicium Religiosi annullari, cum sit diversa ratio. Serui enim iudicium annullatur, non quia seruus domino subiectus est, sed quia vilis est. Quapropter censem Religiosi iudicium validum esse: dum à Praelato non irritatur, posse autem Praelatum illud irritare & annullare nemini esse potest dubium ob dominium, & potestatem, quam in eius voluntatem habet.

3. Quod munus actoris tenendum est inualidè à Religioso præstari sine licentia Praelati in omnibus illis causis, quibus diximus licentiam requiri. Sic restatur ex omnium sententia Nauarr. com. 2. de Regul. num. 6. Sanch. lib. 6. sum. cap. 12. à n. 1. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 11. in princ. Ratio ea est; quia Religiosus caret fundamento iudicij, cum nihil habeat proprium, omnianque sua iura, & actiones Religiosum sunt; ac proinde independenter à Religione inualidè potest, vel ab eo perficit. Et in hac parte veritimum est seruo, & filiofamilias comparari, qui nec agere, nec concuerit in iudicio possunt leg. *lu nullus, leg. viii. ff. de iudicia, leg. forum.* *Cod. edom. tit.*

4. De officio Procuratoris, & aducati communis est sententia carere Religioso potestate illud in iudicio exercendi absque superioris licentia. Quia non conferat legitima persona, ut ibi nomine proprio, vel alieno afflatis; sicut seruus, cui in hac parte comparandus videatur. Præterea; quia dicta Clement. *Religiosus;* loquens de Procuratoris officio Religiosus interdicto virutur verbo non potest, quod inducit necessitatem, & actum contra gestum reddire omnino nullum, ut tradit Glossa regul. non potest. *de Regulis in 6.* Tiruel. pot. leg. co-nubial. gloss. 4. n. 1. Couart. cap. tua de testam. n. 1. Gutiert. leg. memo. potest. *ne 47 ff. de legat. 2.* Sanch. lib. 6. de matri. disp. 8. n. 20. in 3. argum. atque ita tenent in propriis terminis Abbas cap. in nov. 9. de procuratorib. Decius cap. 2. à n. 78. de iudic. in 2. edit. Cardin. dicta Clement. *Religiosus num. 7. opposit. II. & ibi Immola. 13. Bonifa. n. 26. Ep. 27.* Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 2. Hanc tamen sententiam limitat Sanch. lib. 6. sum. cap. 13. n. 41. ne procedat in protractione ex licentia superioris suscepit, tamquam absque viritate monasterij. Secundum ne procedat in officio aducati, quod existimat validum esse etiam absque superioris licentia. Quia Clement. *Religiosus;* cui haec irritatio præcipue nititur loquens de protractione solius licentiae mentionem fecit. De aduocatione vero nihil definitur.

5. Carterum verius censeo; officium Aduocati & Procuratoris à Religioso suscepit sine superioris licentia validum esse, dum à superiori non irritatur, vel à parte contraria excipitur; quia Religiosus iure naturali etiam supposita eius professione non est inhabilis ad hæc officia, cum non agat nomine proprio, sed alieno, nec iura propria, sed aliena patrocineatur. Ex iure autem positivo non appareat textus, ex quo hac inabilitas colligatur, ut expendimus in ratione dubitandi. Neque est verum verbum non potest, semper inducere incapacitatem in actu, sed solum quando ipsum actuum afficit; ut si lex diceret: non potest talis actu esse. Secutus vero quando personam operantem alias habilem afficit, ut in presenti: Quod optime confirmatur aduersus Sanch. ex substitutione procuratoris absque licentia facta, quem ipse dicto ca. 13. n. 15. concedit valere, ut ad extrajudicialia, cum cum sit à Religioso ranguina à simplice nuncio se admittat omnem hanc substitutionem dicta Clem. *Religiosus;* prohiberi sub verbo

non potest. Adde, in cap. 2. de testam. in 6. sub verbo non potest prohibetur Religiosis esse testamentorum executores, & tandem ipse Sanch. c. II. n. 44. plures referunt firmas validam esse execucionem abque superioris licentia factam. Ergo ex verbo non potest non desumitur efficax argumentum afferendi hanc irritationem. Dixi nisi à parte contraria excipiatur, nam ea exceptio legitima est, quæcumque iudex tenuerit admittere, vi posse legi conformis; ac proinde ea facta contendens ei Religiosus a judiciali procuratione, & aduocatione iure ipso repulsum, consentit. Sanch. lib. 6. sum. c. 13. n. 42. cum Bellamea cap. ex parte n. 2. de Postulando.

6. De officio tabellionatus exercito à Religioso docet Couart. *præt. q. c. 19. n. 9. vers. monachus cum Decio c. 2. num. 8.* alibi 7. de iudicis, inualidum esse instrumentum sine licentia Abbatis constitutum quia est aduersus legem relatum in c. *scimus.* Ne clerici, vel Monachi prohibentem illius vim. Ceterum verius est, et instrumenta constituta valida esse quia nullus est textus irritans eorum valorem, nam textus, in c. *scimus* aqua de clericis, ac monachis loquitur, nullumque ibi est verbum irritationem significans. Et in clericis, qui aut clericum tabellionem erant, plurimi doctores, quos fert, & sequitur Couart. *d. c. 19. n. 8. verl. quod si sacerdos. Defendens validam esse illorum instrumenta in clericatu constituta. Neque ex ea quod actus fiat contra legem inferendum est esse nullum, quia insuper requiritur, ut fiat contra formam, & solemniter à lege præscriptam, uti docui tr. 3. de legib. dispe. 2. p. 2. a. que ita fultime in presenti Gregor. Lopez leg. 13. tit. II. p. 1. verbo contra nostra. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 48. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 4. Excipi tamen debet, nisi superius interdicter Religioso tabellionatus vim, & de hoc interdicto publicè conflare; quia hoc interdictus prohibitorum legis additum senetur esse actus irritatio, ne sit frustaneum, & inutile; sic loquens de clero tradunt Abbas eti. scimus n. Anch. n. 7. Rota verbo tabellio. n. 7. Sylvest. lib. 3. dict. 1. Couart. alios refert, *præt. dicto c. 19. n. 8. verl. quod si sacerdos, & in propriis terminis de Religioso docent Sanch. & Layman supra.**

7. Denique quod testimonium in iudicio ferendum, non non defuit Doctores, qui sentiant inualidum esse prædictum à Religioso sine sui superioris licentia: Sic Angel. de Atrebi inst. de iure perfonar. in Rubr. n. 7. Angel. de Claustr. sum. verbo testu n. 4. inclinat. Felin. c. cum nuncius n. 3. de refib. & attestationib. Et probari potest quia eo ipso, quo Religiosus deposit abquisit sui superioris facultate, deposit coram nota iudice, quia comparatione illius iudex non est. Ergo illa depositione judicialis valere non potest. Ceterum verius cense validam esse depositionem; tametsi coram iudice incompetentes, qui incompetentiæ iudicis depositionem non reddit nullam, ut supponit Couart. lib. 2. var. c. 13. n. 7. verl. ex qua aperte, ex alia parte nullus est rexius hanc depositionem infirmans. Ergo valida erit tametsi illicitè facta: Sic Abbas cap. cum nuncius n. 4. de detrib. & attestationib. Farina. tr. de refib. q. 61. n. 154. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 10. & alii apud ipsos.

P V N C T V M XIII.

Quæ actiones extra iudiciales sunt Religiosis
specialiter interdictæ.

V Atia enumerantur à doctoribus: præcipue, & frequenter percutentes.

S. I.

De executione testamenti: seu ultimæ voluntatis.

S V M M A R I V M.

1. Suscepit, executioque testamenti absque licentia superioris est Religioso interdicta.
2. Posita licentia prohibito cessat.
3. Quilibet Praelatus etiam localis concordia, vel Religiosus constitutus alterius praef. scriptum, ut in Societate Iesu.
4. Et licentia uti possunt superiores secum.
5. Recovari potest, antequam substitutus ea uti incipiat, secum potest.
6. Subdurus petens licentiam à superiori concedente retrocedere non potest.
7. Corans ordinario tenetur Religiosus testamentarius rationem reddere.
8. Acceptationem ex executionem testamenti sine superiori licentia plures consentiuntur illud esse. Verius est oppositionem.
9. Limitatur, nisi superior contradicerit, ut si non ponatur defectus licentia.

10. Neque

- 10 Negant plures officium commissarii sine licentia Pralati posse exerceri & Verius videover oppositum.
 11 Item est dicendum de electione executorum; esto Sanch. contra teneat.
 12 Idem de electione pauperum, cui Sanch. contradicit.
 13 Consilium in testamento exequendo optimè potest Religiosus praeberi sine licentia prelatis; executores petere teneantur, esto non sequi, si testator praescriptis fieri executionem de consilio Religiose.
 14 Si testator praescripti executoribus sequi Religiosus consilium; negat Sanch. obligationem perdet. Contrarium verius est.
 15 Religiosus testamentarius potest bona in pauperes distribuenda sibi applicare.
 16 Religiosus minoribus executis testamentis est omnino interdicta.
 17 Neque ab hoc interdicto excusat, etiam si distributio inter ipsos Religiosos, vel Sancte Clares Moniales facienda sit.
 18 Resunt esse Commissarii ex voluntate testatoris, & pauperum electores.

I. Prima actio extra judicialis prohibita Religiosis absque suorum superiorum licentia enumerari potest suscep-
tio, & executio ultime voluntatis, sicuti decidunt cap. Religiosus 2. de testam. in 6. ibi. Religiosus executor ad aliquo in sua ultima voluntate deputatus, non potest (cum velle, vel nolle non habeat) huiusmodi officium suscipere, vel exequi, nisi a superiori suo petita super hoc licentia, & obtenta. Idem traditur. Clem. unica de testam. Ex quibus verbis manifeste constat Religiosum absque sui superioris licentia suscipere non posse, neque post susceptionem exequi officium executo-
ris ultima voluntatis, sive ultima voluntas fuerit declarata testamento, sive codicillo, sive donatione causa mortis, vel alio simili. Glosa dicta Clem. vers. cuiilibet, & ibi Cardinal. n.2. Immol. n.6. Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 8. & 9.

2. Potest vero sibi superioris licentia constat ex supradictis textibus Religiosis permitiri tam quodam institutionem, & legata profana, quam pia; quia supradicti textus indistincte de cuiuslibet ultima voluntate susceptione, & executione loquuntur. Praeterquam quod factum pium est, quaecumque de-
fundi voluntate licitam, & honestam exequi. Neque in huius officij executione, & susceptione opus est, ut aliqua speciali utilitas monasterio proueniat; quia dicti textus illam non expostulant, sed solum licentia Pralati contenti sunt, ut optimè alii relatis aduerterit Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 8. & 9.

3. Hanc licentiam quilibet Pralatus sive generalis, sive Provincialis, sive localis suis subditis concedere potest; quia vobis Pralatus est, & praedicti textus solum Pralati licentias absque vlla restrictione meminerunt, & ita tradidit Cardinal. in Clem. unica n. 41. notabil. 5. ibi Immol. n. 9. Bonif. n. 52. Sylvest. verbo testam. 2. q. 1. concl. 2. Molin. de iustit. tom. 1. disp. 247. circa finem, Sanch. alii relatis lib. 6. sum. cap. 11. n. 15. Excipendum tamen est, nisi confutidine, aut statuto Religiosis generali vel Provinciali haec licentia referatur sive in societate IESV Generali praeposito referatur. 6. part. Confir. cap. 3. §. 7. Quia eo casu Provincialis, vel localis Prae-
latus, Pralatus non est.

4. Hinc inferitur superiorum potentem subditis supradictam licentiam concedere, sibi etiam concedere posse: quia com-
mune est apud Doctores superiorum vti possit facultatus, quas alii communicare potest, ne deterioris conditionis suis subditus existat, quando in Religione contrarium statutum non est: sic Sylvest. testam. 2. queſt. 2. concl. 1. Molin. tom. 4. disp. 247. circa finem, Man. Rodrig. queſt. regul. tom. 3. queſt. 70. art. 1. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 5.

5. Ea vero licentia concessa, si subditus eā vti non cepit, potest superior causa aliqua honesta ductus reuocare. Secus si subditus caput ea vti, quia per executionem ceptam ha-
deret, & legataris ius obtinuerunt, vt ad finem executio perdu-
catur; ac proinde superior, qui eo casu licentiam daram sub-
ditu reuocare, iniurias, & iniurias haerediti, & legataris est, ab illisque compelli posset in priori concessione perseverare; sive collatis docer Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 12.

6. Addit. eo solum quod subditus ad acceptandum testa-
mentarii officium licentiam perit, & superior concedit, retro-
cedere non debet, sed compelli potest ad acceptandum, &
exequendum. Arg. cap. guidam de renunc. vbi potens licen-
tiam ad renunciandum, cogitare concecta licentia renunciare; quia illa perito accedente superioris consensu est tacita officij acceptatio: Sic Card. dict. Clem. unica de testam. n. 11. q. 4. & ibi Immola n. 9. Bonif. n. 37. & seqq. Sanch. lib. 6. cap. 11. n. 13.

Suscepsum à Religioso officium executoris nequit mona-
sterium loco Religiosi exequi; quia his ius personale est; quippe eligitur a testatore industria persona: ac proinde non
transit in monasterium: Sic sustinet Bart. 1. leg. in suis queſt.
queſt. 12. ad finem, Immola Clem. unica n. 24. de testam. Sanch.
lib. 6. sum. cap. 11. num. 21.

Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

7. Tenetur tamen Religiosus etiam si exemptus sit coram ordinario rationem sua executionis reddere, ipſeque ordinarius obligatus est eam exigere, quia ita cauetur in dicto Clem. unica de testam. Et licet Man. Rodrig. tom. 1. queſt. regul. 9. 70. art. 1. vlt. cum Richard. affirmit hoc esse intelligendum de Religiosis solam communem exemptionem habeatur, qui ratione contractus, vel delicti coram ordinario conuenienti pos-
sunt, iuxta cap. 1. de Privilegiis in 6. non autem de Religiosis ita plena exemplis, vt ob illas causas coram ordinario non con-
ueniantur, quales sunt modo omnes mendicantes, & corum priuilegios gaudentes, tenendum nihilominus est, omnes Religiosos cuiuscunque exemptionis sint in hac parte ordinariis subiecti, nisi expressum priuilegium habent, quo dicta Clem. derogatur, quia Clement. absolute loquitur, & absque vlla distinctione; & ita sustinent absque praedicta distinctione; Molin. tom. 1. de iust. disp. 247. circa finem, Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. num. 22. Barbo. plures refutent alleg. 82. num. 34. & alleg. 185. num. 50.

8. Restant tamen aliquot difficultates endandæ. Prima an Religiosus acceptans depurationem sui a testatore factam, illamque exequens abique superioris licentia va-
leat acceptatio, & executio: Negant plures valere, quia Textus in cap. Religiosus de testam. in 6. virto verbo non pos-
se, quod videtur potentiā tollere, & actum contra gestum reddere nullum. Deinde illa acceptatio est contra legis prohibi-
tionem, quia regulariter reddit actum nullum, iuxta leg. non dubium Cod. de legib. Denique est acceptatio, & executio sine voluntate, cum sit absque voluntate Pralati. Nam cum Religiosus non habeat velle, vel nolle, dici non potest voluntatem habere, ergo est nulla, sic sustinet Couat. cap. tua nos de testam. n. 2. fine, manuel. queſt. regul. tom. 1. queſt. 65. art. 3. disp. 247. circa finem, & alij relati & Sanch. lib. 6. sum. 11. num. 43. Sed quanvis has sententias sit validē probabiliſ (vt inquit Sanch.) probabiliorem existimare contraria scilicet acceptationem depurationis, ipsiusque executionem absque superioris licen-
tia praefitam validam esse; eo quod in dicto cap. 2. de testam. in 6. solum hac suscepio, & executio prohibetur, neque veterius lex praecedat ad irritandum actum prohibitum; ideo enim diuimus officium Procuratoris sine superioris licentia valide suscipi, quia Textus in cap. monachi 16. queſt. 1. & Clem. Religiosus de procuratorib. sola probatione contenti sunt abique addita irritatione. Cum ergo Textus in cap. Religiosus probationem flatuerit, quin irritationem addiderit, affirmandum est, actus gestos validos esse; tamen si illicite praesten-
tur. Exemplique militis confirmari potest, cui prohibitus est esse procurare, si tamen a iudicio non repellitur, vel-
lent getta per eum, leg. filius familiaris §. veterani ff. de pro-
curatorib. Arque ita docent post alios antiquiores Greg. Lopez leg. 2. verbo Frayles tit. 10. pars 6. Monoch. de prafampli. lib. 2. prafampl. 46. m. 14. Azor. tom. 1. lib. 12. Injust. moral. cap. 11. queſt. 1. Maior. lib. 5. recip. tit. 4. leg. 14. glosa. n. 4. Sanch. pluribus relatis lib. 6. sum. cap. 11. num. 44. Neque obstant contraria. Ad
primum nego verbum non posse inducere nullitatem, quan-
do prohibito ex verbo significata non tam factum ipsum,
quam petitionem respicit, item quando spectat honestatem personæ, & sui status perfectionem, & non eius indignitatem, vt in presenti contingit, prohibetur enim Religiosis esse testamentaria non quia indiget sive minere, sed potius quia illud minus eos non decet. Deinde quando actus prohibitus non credit in commodum personarum, quibus sit prohibito, sed aliorum, vt hic evenit. Non credit executio in commodum Religiosorum, sed in commodum haereditis & legatariorum, quibus non delinquentibus non oportebit actum executionis annulari. Ad secundum similiter negandum est actum contra legem prohibentem esse nullum, nisi deficiat in forma, vel solemnitate per legem praescipta. Ad tertium nego acceptationem, & executionem fieri sine vol-
lante, nam Religiosus eto non habeat velle, nolle à superiore independens; habet tamen velle, & nelle naturale proprium, & liberum, quod sufficit, vt valorem actui praestet.

9. Duplex limitatio huius doctrina apponitur. Prima ne procedat interueniente superiori contradictione. Nam eo ipso actus contra gestus erit nullus si tenet Federic conf. 293. ad finem, Ludov. Roman. singul. 242. alias 245. Matienzo leg. 14. Glosa. 1. n. 4. Sed Sanch. d. cap. 11. n. 45. eos referens dicit esse intelligendum, si ultra probationem decretum irritans superior addiderit; si quia simplex prohibito homini non sat est ad irritandum actum, quandoquidem prohibito iuris id non praestat; sicuti vt superior vora Religiosorum annulet, non sat est simpliciter prohibere ne emitantur, sed in super decreterum irritans addere deber. Sed credo in presenti non esse necessarium hoc expressum decretum, sed in simpli-
ci probatione presumendum est contineri. Nam cum iure ipso testamentarii officium Religiosis interdictum sit, quando superior supradicta prohibitione suam probationem annullavit, ne frustanca sit, sed potius aliquid operetur, annullatorem est praesumendum indicere. Secus contingit

in votis, quorum emissio Religiosis interdicta non est. Secunda limitatio est, nisi in indicio opponatur Religioso defectus legitimus potestis ad execendum. Nam eo ipso superior tenet cum ab executione removere. Quod si non removat, ius ipsum conseruandis introductum eam negligenter supplat, & ab executione removet: Sic Ludovicus Romanus. *conf. 409. n. 6. Menoc. lib. 2. presump. 46. n. 14. Sanch. alii relatis lib. 6. sum. cap. 11. n. 6.*

10. Secunda difficultas est: an Religiosus indiget specialis superioris licentia, ut ex voluntate testatoris sit Commisarius ad condendum testamentum, ad eligendos executores, nominandas personas, quibus legata distribuenda sunt, prebendumque consilium ipsiis executoribus, ut iuxta illud testamentum exequantur? Quod officium Commisarii Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 48. & Spino pectu. testament. *Gloss. 28. principali. n. 32. & Matien. lib. 5. recipil. iii. 4. leg. 6. Gloss. 8. fine.* verius existimat Praelati licentiam necessariam esse, aquiparant enim officium Commisarii, & executoris. Nam ideo executio testamenti Religiosus interdictus, ne litigis inuoluntur, ne curis secularibus impllicantur, qua ratio æquæ videtur procedere in officio Commisarii. Ceterum probabilius credo Religiosum non indigere speciali licentia, ut ex voluntate testatoris Commisarius existat ad condendum testamentum, eo casu quo permititur per commisarium condi: quia huius officij nulla in iure inuenit expressa prohibicio. Tacta autem colligi non potest ex prohibitione officij executoris. Quia leges prohibicie ut potest odiofæ extendendæ non sunt ad causam diuersum necdum similem. At condere testamentum longe diuersum est à testamento conditi executione; quia illud est exprimere voluntatem testatoris, hoc voluntatem expressam ipsius testatoris exequi. Præterea ratio ob quam executio prohibetur, non procedit in Commisario ad condendum testamentum: ea enim fuit, ne Religiosus pecunias contractaret, ne litigia haberet in bonorum distributione, ne obligaretur iudicio state ad reddendam executionis rationem. Quæ omnia in testamento condendo nullo modo procedunt, ut intentu constare potest. Cum ergo nec exprestæ, nec tacite esse Commisarium ad condendum testamentum inueniatur prohibicium, nulla opus erit superioris licentia.

11. De electione executorum a testatore Religioso commisarius affirmat Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 41. opus esse superioris licentia: quia Religiosus non habet velle, aut nolle. Sed omnino contrarium scilicet nulla est opus licentia verius existimo, quia hæc licentia ideo expostulanda necessaria est: quia electio executorum si Religioso interdicta: at nullo textu id constare potest. Ergo expostulanda non est. Quod si dicas ex eo quod Religioso interdicta est: testamenti executio, interdictum esse executoris electionem, quia est pars testamenti exequendi: Facile respondeatur, est parte complementum, & constituentem testamenti dispositionem: non autem est pars partem executionis testamenti dispositi. At Textus in cap. Religiosus de testamentis, in 6. solùm interdict Religiosus testamenti dispositi executionem: non verò illius constitutio nem: & quæ ad executionem prærequisituntur. Addo si hac electio executorum pars est executionis testamenti, Religiosus Franciscanus omnino est interdicta contra id quod ipse Sanch. lib. 32. sicut. Ergo non est dicendum electionem executorum sub executione continet. Neque obstat ratio contraria, quod Religiosus non habeat velle, vel nolle scilicet a superiori independens, quomodo possit executorem eligere, quia ad hanc electionem sufficit habere velle, vel nolle a superiori dependens. Qualiter autem hac electio executorum facienda sit, an inquam debet necessaria fieri vnius ex certis, qui possint exequi testamentum Commisarius non eligente, generalis est questionis tam Religiosus, quam secularis. Vidi optimè eam disputantem Tello Fernand. *leg. 31. Tauri* à n. 4. & pluribus seqq.

12. Quoad pauperem nominationem idem Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 34. existimat fieri non posse absque superioris licentia. Quia pertinet ad exequandam testatoris voluntatem. Testator enim relinquit aliqua bona inter pauperes, quos Religiosus elegerit distribuenda, impletæ non potest Religioso non eligente: ergo eius electio necessaria est ad voluntatem defuncti executionem. Ceterum verius censeo, nulla est opus licentia ad hanc electionem faciendam, quia ut sapè dictum est, nulla huius electionis adest prohibitio expresa. Sub interdicto autem exequandi testamentum non continetur; quia testator non disponit electionem faciendam, sed disponit pecuniam distributionem electione facta. Ergo electio cum non sit ex dispositione testatoris præcepit, nulla ratione dici potest testamenti executio. Ergo nec tacite, neque exprestæ est prohibita. Ergo nulla est opus licentia: atque ita sufficit Lamberton. *de iure paronat. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 11. n. 41.* Neque obstat ratio contraria. Concedo exequi non posse voluntatem defuncti, non facta electione, exequam necessariam ad voluntatis defuncti executionem: nego tamen illius voluntatis executionem eis quia defuncti voluntas non fuit de electio-

ne, sed de distributione facienda in personas electas; ac proinde electio prærequisita est ad executionem, sed nullo modo pars illius.

13. Difficilior quæstio est de consilio, & consensu, an praescriri à Religioso possit nulla superioris perita licentia? Et quidem cum restator non astinxit executorem ad sequendum, sed solùm ad illud petendum, ut et modo Religiosum indigere ea licentia, quia nullibi Religiosi date consilium in executione testatorum interdicti, sed potius ut quid conuenientis Religiosi approbareret in statribus minoribus Clement. exiui. de verbis significatis, §. 1. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 19. Executio autem testamenti, cui est mandatum a testatore prædictum consilium expolitare, tametsi non teneat illud sequi, ita obligatur perire, ut eius petitionis omisso nullam reddat testamento executionem; quia est defectus in forma substanciali quæ posta potest executio alter fieri, quam facta est: Sic *Glossa vlt. in cap. nos. de confusione. lib. 6. Panormit. in cap. ad Apostolicam de regularibus. Barr. leg. 1. 5. si plures n. 12. ff. de executori. art. Feli. cap. penult. num. 1. de constitut. Matien. lib. 5. recipil. cit. 4. leg. 14. Gloss. 1. n. 62.* & alij ab ipso relati.

14. Verius si testator præcipiter sui testamenti executio consilium Religiosi legi, affirmat plures testores Sanch. lib. 6. sum. c. 11. num. 18. loquens de religiosis minoribus executore deobligati ab eo consilio perendo: quia supradicti Religiosi incapaces sunt illius consilii præstans: i quæco prædicto exequuntur testamento non per se, sed per alium, qui eorum consilium sequi teneatur. Idemque dicit Sanch. de aliorum Ordinum Religiosis, non posse inquam præstare hoc concilium abique superioris licentia, neque executores illud petere obligari, dum ea licentia non ponitur.

Ceterum verius existimo, quemlibet Franciscanum etiam supradictum consilium date pole nulla superioris perita licentia, ipsoque executores obligatos esse illud petere, & sequi sic docuit Bad. Rub. *Cod. de exercit. n. 6.* quem refert & sequitur Marien. lib. 5. recipil. cit. 4. leg. 4. *Gloss. 1. n. 62. fine.* Ratio ea est: quia ex parte Religiosi idem omisso est consilium, quando executores obligati sunt illud sequi, ac quando non, rotaque diuersitas ex parte executorum se ferat, non ex parte confluentis. Ergo si in uno casu possunt Religiosi nulla superioris perita licentia consilium date, in altero etiam poterunt. Item executores testamenti non obligantur sequi prædictum consilium ex imperio consulentes, sed voluntate testatoris: ergo falsum est, consulentes exequi testamentum medio executore designato. Ad hoc enim necessarium erat, ut consilium suo consilio necessitaret, executores ad testamenti executionem. Præterea spem Sanch. concedit non esse Franciscanis interdictum in una, vel altera causa testamenti consilium ex obligacione sequendum prædere. Ergo neque etiam est interdictum in omnibus causis in testamento contentis; id est enim illud consilium in una, vel altera causa permitti potest: quia consilientiam executorem testamenti etiam partialiter non constituit. Nam si verum executorem partis testamenti constitueret, sive dubio permitti non posset, sicut non permititur in una, vel alia causa procuratio iudicio existere: quia prohibitio generalis est, & quemlibet executorem, & procuratorem comprehendit. Sed eadem ratione est consilium dandum in omnibus causis testamenti, solaque differentia est penes magis, & minus, ergo æquæ virtutem consilium Religioso licet.

15. Tertia difficultas est: an Religiosus testamenti ex licencia Praelati possit bona, & pecunias in pauperes ex voluntate testatoris distribuenda libenter tanquam pauperi applicare? Et quæstio procedit casu quo vera est sententia negoti: hoc potestem evitare: sed dubio permitti non posset, sicut non permititur in una, vel alia causa procuratio iudicio existere: quia prohibitio generalis est, & quemlibet executorem, & procuratorem comprehendit. Sed eadem ratione est consilium dandum in omnibus causis testamenti, solaque differentia est penes magis, & minus, ergo æquæ virtutem consilium Religioso licet.

16. Quarta difficultas est de Religiosis Minoribus, qualiter supradicti munia executores, commisarij, consiliarij, &c. interdicantur? Nulla est dubitatio minus executores etiam

In qualibet minima causa esse his fratribus interdictum irat nullus sive Religiosus superior possit ei licentiam concedere: colligitur manifeste ex Clem. extus de verbis signis & propinque, & tradunt omnes. Quod veram habet, dum si fratres reguli obseruantia subiciuntur, secus si ab ea eximuntur ob Episcopatum, vel beneficium allumprum: quia eo casu cum contricteare pecuniam possint, & libitis subortis respondere in iudicio, nulla est caufa, ob quam ad hoc munere suscipiens & repellantur, sic Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 26. cum Cardin. Clem. vni. n. 5. notab. 7. de testam. & ibi Bonifac. n. 64.

17. Et quamvis Man. Rodri. tom. 1. qq. reg. q. 70. art. 2. ad finem, & clariss. art. 3. in fine, & alijs relati a Sanch. n. 27. centent Minores executores esse posse testamento ex Prelati licencia, si distributio inter fratres Minores vel moniales Sancte Clara facienda sit, eo quod in hac executione non videantur rationes relatae in dicta Clem. procedere. At contrarium tenendum omnino est cum Sanch. ibi. Tum quia Clem. generaliter loquitur absque villa restrictione. Tum quia rationes relate in dicta Clem. in hoc casu procedunt, si quidem hac occasione correctione, administrationeque pecuniae involvantur, tum relata a defuncto fratribus applicando, tum recipiendo quo ex bonis venditis prouenient. Et praevara rationibus reddendis subiciuntur, expoununturque sapienti in iudicio se fuisse ad lites subortas decidendas. Non igitur his fratribus executo testamenti eriam in favorem suorum convenienter facti permititur. Quod si fratres contra dictam probationem munus executorum suscipiant, & exequantur, validam est eorum suscepitio, & executio, dum in iudicio pon excepientur, sicuti de aliis Religiosis hæc officia, suscipiētibus ab aliquo Prelati licentia diximus. Quia dicta Clem. solūm probationem continet, neque ultius procedit ad actum, irruendum. Sic relato Federico, & Ludou. Rom. docent Greg. Lopez leg. 2. verbo Frayles tit. 10. p. 6. Matien. lib. 5. recop. tit. 4. lig. 14. Glosf. 1. n. 4. Menoch. de presump. lib. 2. presump. 46. n. 14. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 44. & alijs apud iplos.

18. Verum esti hoc ita sit, permitte debet his fratribus, sicut & aliis Religiosis esse Commisarios ex voluntate testatoris ad condendum testamentum, quia pro hac commissione nulla est ei specialis prohibito. Neque rationes, quibus nititur Clem. prohibens testamento executionem in hac commissione procedure. Siquidem in ea non correctatur pecunia, non venduntur bona, non exiguntur rationes, non litigia passim suboruntur, sicuti ex testamentorum executione prouenient. Ob quas rationes idem existimo dicendum de nominatione executorum his fratribus cōmilla posse inquirenam exequi, sicuti alii Religiosi: Quia nec inuenio pro hac nominatione specialis probationem, neque rationes correctionis pecuniae, & litigij in ea locum habent. Neque obfar posse fratres nominare amicum, qui ipsi legata plati pauperes distribuenda applicet; quia id est per accidentem: atque ita iustificat Couart. cap. sua nos de testam. n. 1. fine. Matien. lib. 5. recop. tit. 4. leg. 14. Glosf. 1. n. 3. Man. Rodr. tom. 1. qq. reg. q. 70. art. 2. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 41. De electione pauperum, quibus legata pia distribuenda sunt, quanum plures Doctores, quos refert Sanch. dict. cap. 11. n. 31. sentiantur his fratribus interdicti; quia testator committit fratibus hanc electionem, cui executores adhaerere debent, videtur eos suæ dispositionis executores facere non immediatè, sed mediis executoribus. At probabilitas est nullam huius electioni probationem habere; quia haec electio non est dispositionis testatoris executio, sed conditio, ut dispositio testatoris locum habeat, neque eligens pauperes, cogit executores illis bona distribuere, quod necessarium erat, ut saltem immediatè dispositionis testatoris exqueratur, sed executores ex voluntate testatoris coguntur postea electione tanquam conditione: Sic Couart. cap. sua nos de testam. n. 1. fine. Greg. Lopez leg. 2. verbo Frayles tit. 10. part. 6. Matien. lib. 5. recop. leg. 14. Glosf. 1. n. tit. 4. Man. Rodr. tom. 1. qq. reg. q. 70. art. 2. Sanch. plures alios referens lib. 6. sum. c. 11. n. 32. Quoad sanctum verum sive ex obligatione ad executorum testamenti sequendum sit sive non, credo fratribus Minoribus Permititi, sicut & aliis Religiosis; quia cōmilia non est obligatus rationes distributionis reddere, nec libitis subortis ex distributione respondere, quia non est executor, & tradit Matien. d. leg. 14. Glosf. 1. num. 62.

§. II.

De officio Medici, & Chirurgi.

S V M M A R I V M .

- 1 Officium Medicorum & Chirurgi cum incisione vel adiunctione est Religiosis prohibitum.
- 2 Proponitur circa incisionem, vel adiunctionem hoc officium Religiosis liceat.
- 3 Convarum tenendum est.

- 4 Religiosus supradictum officium exercens circa mortis periculum causa pietatis non peccat.
- 5 Quid possit ex Societatis Iesu privilegio prestare medicus Religiosus.

1. **N**on est dubium, officium Chirurgi cum incisione, vel adiunctione esse Religiosis prohibitum, ut colligitur ex cap. de Homicidio, ubi deciditur esse irregularē monachum Chirurgia cum incisione viciē lecta morte, quamvis summam diligentiam appofuerit in ea curanda, quia exercitabat artem prohibitam. Neque ab ea culpa excusat, tametsi ex causa pietatis exercet, ut bene potuit Abbas dict. cap. n. 5. Antonin. n. 4. Socin. n. 5. Eandem prohibitionem habent clerici in facris constituti, ut constiuit in Minoribus si beneficium sufficiens ad victimam habeant; quia esto his non sit aliquis expressus textus prædictum officium prohibens; at apud Doctores receperunt est, interdicta clericis in facris, conferi his beneficiis interdicta, sicuti docuit Nauar. sum. cap. 25. n. 110. & com. 4. de regul. n. 28. Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. n. 14. Emanuel sive verbo clericus num. 2.

2. Difficilis agitur est, an licet Religiosis (& idem est de clericis in facris, vel in Minoribus sufficiens beneficium habentibus) officium Medici, & Chirurgi circa incisionem, vel adiunctionem exercere? Videtur licere; quia circa incisionem, vel adiunctionem nullus est textus, quo huius officij exercitum prohibetur, imo potius permittum conatur in cap. ad aures de atra, & qualib. vbi excusat ab irregularitate Canonicus illud exercens, tametsi infirmus mortuus fuerit, qui certe non excusat, si opus prohibitum exerceret, quia est excusatio contra decisionem Textus in cap. tua nos de Homicidio. Neque ex eo quod in cap. non magnopere, & in cap. fin. Ne Clerici, vel Monach. arceantur supradicti ab studio Medicinæ, que ibi vocatur Physica, inferendum est illius exercitum prohiberi. Tum quia exercitum diuersum est ab studio. Tum quia non proprius exercitum prohibetur studium; alijs prohibitum est legum exercitum, quarum studium eodem modo ibi, ac studium medicinae prohibetur, sed illarum scientiarum studia clericis, & Religiosis interdicuntur, ut studium Theologiae, & sacrorum Canonum promovetur. Nulla igitur est clericis, & Religiosis de exercitio Medicinæ, & Chirurgi circa incisionem, & adiunctionem prohibito. Et ita videtur tenere Emanuel sive verbo clericus n. 20.

3. Ceterum tenendum est communis sententia, huius officij exercitium esse clericis, & Religiosis interdictum ex cap. Clerici 2. de vita & honest. Clericorum. & ex cap. 1. & seqq. Ne Clerici, vel Monachi; quibus textibus generaliter clericis, & monachis interdicuntur facultaria officia. At hoc officium Medicorum, & Chirurgi etiam circa incisionem, & adiunctionem nimis facultare est, & statim Religiosum dedecet. Ergo ex hac parte prohibitet, atque ita docuit Sylvest. verbo medicus que 5. 2. Rosella ibi in fine. Angel. n. 11. Armilla. n. 4. Nauar. c. 15. n. 110. Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. n. 18. Hinc soluit ratio dubitandi. Concedo nullum esse textum, quo exercitum Medicorum, & Chirurgi circa incisionem, vel adiunctionem prohibetur, tamen non est textum, quo sub generalibus verbis prohibitum non sit. Ad textum in cap. ad aures dicitur verum esse hoc officium non esse clericis, & Religiosis prohibitorum ob periculum mortis, sicuti est prohibitum, cum exerceretur per incisionem, vel adiunctionem, sed ob decentiam; eaque de caufa non inducit irregularitatem morte sequita, si debita diligentia apposita est, ilam vero inducit, cum per incisionem, vel adiunctionem exercetur.

4. Ex his deducitur Religiosum, & sacerdotem à peccato liberari, si hoc officium circa mortis periculum exercet causa pietatis, ac proinde gratis circa personas miserabiles, vel cognatas; quia sic exercitum non est officium facultate studii Ecclesiasticum, & Religiosum dedecet, sed potius illi conforme: sic Nauar. Angel. Sylvest. Rosell. Armilla loc. citatus, & Sanch. n. 19. Sive verbo clericus n. 20.

5. Obseruandum tamen est cum codem Sanch. n. 20. in societate. I e s v est priuilegium à Gregor. XIII. concessum, quodque refertur in compend. priuile. verbo medicus, Religiosis Societatis I e s v medicina arte peritis conceditur posse do-mesticos, & exterinos mederi ex licentia superioris etiam localis, quando commode secularis medicus haberi non posset, & dummodo per seipso adiunctionem, vel combustionem non praestent.

§. III.

De negociactione Religiosis interdicta.

S V M M A R I V M .

- 1 Negotiatio propria Religiosis est interdicta.
- 2 Qualis sit hac negotiatio.

3. Inferuntur plura, quae à negotiatione excusantur.
4. Quae conductio sit Religioso prohibita.
5. Examinatur, an emere merces in India in Hispania vendendas, eo quod privilegium sit à Rege concessum, sit negotiator? Preponitur dubitandi ratio, & resolutio esse negotiationem.
6. Ex unico acto gravis negotiationis peccatum mortale inducitur, tamē si plures contrarium sentiantur.
7. Non solum per propriam, sed per interpositam personam negotiator est prohibita secundum probabilem sententiam.
8. Necessestis gravis propria persona, & familia licet facit negotiationem.
9. Assistere nundinas prohibitum est Religiosis.

I. Certeum est negotiationem propriam esse Religiosis, & Clericis in factis interdictam: constat ex cap. consequens, cap. negotiatorum, cap. forniciari 88. disp. & cap. fin. de vita, honest. clericor. vbi bona clericū rer moniti, neque à negotiatione defensitum amittunt privilegium clericale. Idem tradidit Clement. 1. de vita, & honestate clericor. & in cap. secundum ne Clerici, vel Monach. sub anathematis intermissione prohibetur clericis, & monachis lucri causa negotiatione, & tradunt omnes Doctores referendi.

2. Negotiator proprius, qua his decreta prohibetur est emp̄tio alicuius rei eo animo facta, vt integrum, & immutatum carius vendas, & sic lucris: Sic D. Chrys. hom. 38. in Matth. relatus in c. euicentis 88. disp. quem sequuntur omnes Doctores cum D. Th. 2. q. 77. art. 4. ad argum. Molin. t. 2. de iustit. disp. 339. Rebell. de obligatione, 2. p. q. vlt. fct. 1. Tolet. de septem peccat. c. 53. Quapropter duplex conditio ad negotiationem interdictam requiri est, prima ut emp̄tio fiat animo remptio vendendi, secunda animo vendendi rem integrum.

3. Ex quo fit rem emas, vt consumas, postea vero quia superfluit, vel illius pretium crevit, poteris vendere carius quam emisi sperans vilius postea similem emprūpum. Non enim in hac venditione est negotiator, cum non præsupponat emp̄tione rem finem venditionis factam, sed est quadam domestica gubernatio satis prudens: sic ex communī sententia tradit. Molin. t. 2. de iustit. disp. 342. concil. 2. Sā verbo clericus n. 23. Zenedo collect. 37. ad c. principes p. 23. q. 5. n. 21. Salas tr. de emp̄t. & vendit. dub. 2. n. 9. optime Gutier. præt. qq. lib. 7. q. 93. n. 17. & seqq. Deinde poteris materiam aliquam emere, vt inde artefactam conficias, & vendas, quia non emis animo vendidisti, sed animo artefactum confidiendi, neque vendis rem qualiter emisti, sed tua industria aliter factam, exemplo antiquorum Religiorum, qui fortè emebant materiam, ex qua sporas storaes conficiebant vendandas in sui sustentationem. Sic Molin. dicta disp. 242. concil. 5. Salas dub. 2. n. 9. multis alleg. Gutier. præt. qq. lib. 7. q. 93. n. 48. & seqq. At idem est si mulam, vel equum rudem emas, vt cultorem vendas, quia visus potius tuam industria, quam rem emptam vendere. Gutier. 51. cum. Lassarte de decimis c. 19. n. 55. Item poteris emere animalia in tuis agri pascenda, vt cum creuerit, vel partus edificient, illa illorum fructus vendas, quia non tam emis vendenda, quam pascenda. Si Molin. & Salas sapr. Præterea poteris emere agrum etiam fructibus maturis plenum, vt inde tibi, et tuus familiæ prouideas, & si quid superfluerit, vendas, quia non emis fructus vendendas, sed emis agrum, ex quo fructus colligas tanquam ex propria prædiis emp̄tione comparato. Sic Molin. dicta disp. 242. vers. illud etiam, tamē si contrarium in hoc casu non improbabiliter defendat Lassarte de decim. c. 19. n. 60. & 77. Gutier. dicta q. 93. n. 66.

4. Affinis negotiationi prohibita est conductio, quo clericis in factis, & Religiosis interdictum, exp̄s. c. 1. & 3. 21. q. 43. & c. 1. Ne Clerici, vel Monachi. Sed non quilibet conductio habet prohibitione continetur, nam si conducas agros, vt per te, tuolque colonas casas in tui sustentationem, non peccas. Item si proprios agros alii conducas, vt tenent Doctores omnes: illa ergo conductio est prohibita, quae supponit emp̄tione eo fine conductio factam, vt si emeres prædia, vel animalia ad conductendum, vel est conductio spectans venditionem subsequendam, vt si conduceres agros colendos non in tui sustentationem, sed ad vendendas fructus, & inde lucrum comparandum. Quocirca infert Molin. dicta disp. 342. vers. secundum q. 5. cum Lassarte de Decimis c. 19. n. 56. esse Ecclesiasticis, & Religiosis interdictum vias emere, vt vinum per conductos ministros vendant. Idem est, si lanam emas, vt pannos artificis conductus confectos vendas, contentis Gutier. lib. 7. præt. q. 93. n. 42. & 51. Quinimo ex lana propriorum animalium conficer pannos per conductos ministros ad vendendum, genus est prohibita negotiationis, gabellaque inde debetur, vbi ex probabilito sententia defendit Molin. dicta disp. 342. vers. idem dicere, Gutier. præt. qq. vbi de gabelli lib. 7. q. 93. n. 38. & seqq.

5. Superest tamen quadruplex enodanda difficultas. Prima: an si negotiator prohibita, si alii Religioni esset à Rege privilegium concessum aportandi merces ex India in Hispa-

nia vendendas absque obligatione solvendi gabellam, si de illa Religio merces emat in Hispania vendendas co sine, vt priuilegio concessu fruatur, & lucrum compareat? Forte videtur alicui hanc negotiationem permisam esse: quis illa merces non tam emuntur, vt vendantur, quam ut carum venditione priuilegium concessum non solvendi gabella vtile sit, & proficuum. Sicut cum oves, & boues emuntur pacenda in propriis monib⁹ itērumque vendenda. Sed nullatenus hac sententia est probabilis, quia illa est vera emp̄tione mercium, eo sine facta, vt immutata vendantur, & lucrum, non ex venditione, tūm ex non soluta gabella comparetur. Ergo est vera negotiator. Neque est simile de emp̄tione animalium pacendorum in propriis monib⁹, quia non emit immediatē, vt vendat, sed ut palcat, at illa merces ad nullum alium finem immediatē emuntur, nisi vt vendatur. Item habens prædia, emenſque boues, & oves ibi pacenda, antecedentes ad emp̄tione habet rem fruiferam, cuius fructus ne perdantur potest animalia emere ibi pacenda. At illud priuilegium non solvendi alcabalam ex rebus vendentis non est fruiferum, nec præcūxūlible antecedenter ad negotiatorum, sed tota eius astimatio fundatur in negotiatorum, que cum sit omnino illicita Religiosis, etiam illicite poterunt talis privilegio vti, neque capaces sunt talis gratia ad alium præmium, sed solū in sacerdotes trāferant. Neque haec negotiator honestari potest ex eo quod ordinetur ad suum maximū spirituale, qualis est sustentare in Hispania plures ministros Euangelicos in indianis mitterendos, nam si hic suis honestatē negotiatorum, qualibet Religio poter negotiorū, & quilibet clericus. Quapropter quando Doctores dicunt negotiatorum clericis, & Religiosis permitti ob aliquam nem honestum intelligunt de fine honesto necessario, quique alia via suppleri non potest, vt in 5. difficultate dicimus, non de ministris Euangelicis accrescendis, quod est opus iherogationis. Alias possunt Religiosi, vt Rege haberent priuilegium exemptionis gabellæ emere titicum, & vinum frumenta vendenda, quia maiori preio, & lucro comparato plures Religiosi sustentantur, quod nullus (credo) concedet.

6. Secunda difficultas est, an Religiosi, vel clericis via vel altera vice negotiando peccet mortaliter? Negat Caiet. verbo clericis, Lalazios 2. de contrit. e. 10. Salas de emp̄t. & vendit. dub. 2. n. 4. reputat probable Eman. Rodr. in verbo negotiator. n. 2. Mouentur, quia clericis, & Religiosis non videtur quilibet actus negotiatorum, & mercarum interdictus, sed qui veram negotiationem, & mercarum constitutam, & ex quo illum operans negotiator, & mercator dici vellet, ad huiusmodi denominationem negotiator cum sequentiā requiri ut colligitur ex I. §. 1. ff. de tribus, & tra dit Bart. in leg. inerti. §. 1. per textum ibi, ff. de adulter. Calfan. in conferendinib. Burgund. Rub. 4. §. 1. Lassarte de decim. c. 19. n. 87. Ergo ex una, vel altera negotiatio non inducit peccatum mortale.

Sed oppositum tanquam verius tenendum est, Religiosos, Ecclesiasticos peccare mortaliter ex unico actu gravis negotiationis, sic ex communī sententia tradit Molin. t. 2. de iustit. disp. 342. in princ. verl. Poena Salon. 2. 2. q. 77. art. 1. Molinae empor. iuris part. 1. tit. 9. q. 10. Rebell. de obligat. iustit. 2. q. vlt. fct. 2. Gutier. de Gabellis lib. 7. præt. q. 93. n. 42. & seqq. Ratio est quia in c. 1. Ne Clerici, vel Monach. cap. fin. de vita, & honest. Clericor. cap. Negotiatorum, c. forniciari 88. diffinit. Clericis & religiosis prohibita est negotiator, sed ut verā negotiatio non requiratur ut repetita emp̄tio, & venditio, sed in una tantum emp̄tione, & venditione constitue potest, ut manifeste probat. Tali in cap. euicentis 88. disp. ibi qui vero non comparat. Ego ex unico tantum actu negotiacionis peccatum mortale esse potest. Ade ex unico actu gabellam debet tam esse, iuxta leg. Regiam 7. tit. 18. lib. 9. recipiat. ibi: No aya lugar en lo que los clerigos vendieren por via de mercaduria, trato, y negociacion, ybi solam venditionem specias tamē mercatore non constituit, vt pluribus allegatis sicut. Gutier. d. 9. 93. à num. 42.

7. Tertia difficultas est, an sola negotiatio per propriam personam sit clericis, & religiosis interdicta debentarie inde gabella, non vero quae sit per alios vt clerici, & religiosi solam pecuniam exponant, alijs verò apponant industrian? Plures Doctores centent non esse mortale hoc genus negotiacionis: si Ioannes Medina, Cod. de restit. q. 30. art. 2. Lassarte lib. 2. de iustit. cap. 21. dub. 1. §. vlt. Valent. 2. 1. disp. 1. quæf. 20. p. 1. quæf. 5. §. addit. Medina, Rebello de obligat. iustit. lib. 1. quæf. vlt. fct. 2. num. 8. Aragon. 2. 2. q. 77. art. 1. p. 64. Molina. disp. 342. vers. vñrum autem sā, verbo clericus, num. 25. pluribus relatis Salas, trāf. de emp̄t. & vendit. dub. 2. n. 8. Mouentur, quia textus loquentes de negotiacione indicant per propriam personam exercendam esse ut colligitur ex Clau. De vita, & honest. cleric. Quia in ea negotiatio est vera indecentia, & distractio, non autem in ea per se, ut interpolatio personam sit & ita existimo dicendum. Ex qua doctrina non improbabiliter quis inferet clericum, & religiosum ex-

cro tali negociaione comparato non debere gabellam. Sed verius est oppositum, nam etio nō sit ea negotiacio illicita mortaliter, negari non potest aliquam indecentiam continere, ut optimè consideravit Molin. *supr. & Gutier. lib. 7. tract. quæst. vbi de gabellis, queſt. 75. à n. 10.* Ergo ob hanc causam gabella solvenda est, & ita tradit Molin. & Gutier. *locus allegatus.*

8. Quarta difficultas est: si aliqua causa excusas clericos, & religiosos à supradicta negotiacionis prohibitione, solutioneque gabellæ & Religio deo esse solâ necessitate propriæ persona, & familiæ, quia aliter commode (sufficiat) non possunt, eo enim casu Pœnitentia prohibito cœlesti, ut satius probari potest ex Concil. Elbertino, c. 19. permittente in necessitate clericis negotiari per se intrâ prouinciam, per alios extra. Non enim lex Ecclesiastica, quæ solâ ob decentiam status constituta est, rigidius obligare debet; immo non solâ ob tuam, tuorumque necessitate haec negotiacio permititur, sed etiam ob necessitatē grancum pupilli, viduæ, alteriusque personæ miserabilis; sic Reginald. 1. *sum. lib. 25. c. 21. §. 3. circumstant.* Torres tract. de iust. *disp. 19. dub. 2. §. commun. sensus.* Molin. 1. 2. de iust. *disp. 342. §. 3. obseruandum,* vbi excusat à peccato religiosos commorantes in Brasilia, neque habentes unde commodè sufficiuntur, si ibi emant merces transportandas Ollisipon. ibique carius vendendas, dum modo nihil plus mercium, quam ad emenda in Lusoiania ad sui sufficiationem necessaria mittantur, idem tradit Gutier. *dis. queſt. 93. num. 75.*

9. Ad prohibitonem negotiactionis reducere possumus, si clericus in mundinis vel in foro inter mercatores afficitur, nō quidem causa emendi sibi necessaria, sed potius exercitio inter eos proxenetur officium Hispaniæ corredores: colligitur ex cap. cleric. II. Confil. Carthag. 91. *disp. 1. sic Petr. Nauat. lib. 2. de refut.* c. 2. n. 326. Salas de emp. & vendit. dub. 2. in fin. At credo solum esse peccatum mortale quando mediatio est in contractibus simoniacis virtutis, vel alia illicet, iuxta doctrinam Romani 7. 12. incipit Pronexa, vel quando mediatione est ita freques, ut scandalum caufaret, statimque Ecclesiasticum grauitate debeat, impeditivè obligationibus illius satisfacere.

§. IV.

De fideiūssione, & deposito religioso interdictis.

S V M M A R I V M.

- 1 Non possunt fideiūbere religiosi, nisi de licentia prælati.
- 2 Fideiūssio absque licentia prælati non tenet.
- 3 Religiosi capaces sunt depositi, at monasterium obligatum non remanet.
- 4 Prælates non potest domino non consentiente à subditio depositum removere.
- 5 Teneat prælates de deposito, si non corrigat subdi: um depositum expendentem.
- 6 Depositum factum Ecclesia, vel conuentui, si ob culpam illorum commissum sit, teneatur depositum solvere.
- 7 Non iuuat Ecclesia aduersus hanc obligationem beneficio restitutions.
- 8 Quando confessatur depositum fieri Ecclesia, vel prælato.

Religiosi fideiūbere non possunt nisi de licentia prælati, & maiori pars capituli; iuxta Texum, in cap. penult. de fideiūssione. & leg. 2. tit. 12. part. 5. In religione autem vbi capitulum prælati valentis licenciam concedere, vbi docet Molin. t. 2. de iust. *disp. 540. post medium vers. Religios.* Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 38. Debet autem in fideiūssione virilis monasterij interuenire, quia est viritalis quædā bono: ū religiosi alienatio: Sanch. lib. 6. 8. pte tamē prælates eo casu quo potest alii fideiūberi licentia coedere, fideiūbere potest, quia potest ut facultatis, quas subditis cœredit, ne deteriorioris conditionis existat.

2. Quod si religiosi abque legitima prælati licentia fideiūber, fideiūssio non tenet, quia esto pecunia habeat, cum Superioris voluntati subiectum sit, obligare illud non potest foliatione independenter a prælati voluntate. Et quo nonanda est differentia fideiūssione religiosi à fideiūssione clerici. Nā quāuis fideiūssio omnibus prohibetur, clericus cū bona habeat propria potest ea solutioni firmiter obligare nulla licentia requifita. Secus vero religiosus, qui proprio catet. Addit. clericis non quamlibet fideiūssione interdictam esse, sed fideiūssionem pro laicis, & in casu non necessario; at religiosis quilibet fideiūssio sine licentia prælati interdictur; ac proinde sic facta nulla est: traditum post alias antiquiores Sylueit, verbo Excommunicatio 9. n. 55. fine. Greg. Lopez leg. 2. verbo de los Obisplos, tit. 12. part. 5. Azot. f. 1. l. 12. c. 11. q. 2. Molin. t. 2. tract. 2. *disp. 540. vers. religios.* Sanch. aliis relatio. c. 14. n. 41. Quin 42. docet optimè religiosum extra monasterium de licentia Abbatis existentem fideiūber non posse licet, nec validè; quia solum potest eos contractus celebrare, qui ad sui sufficiationem fuerint necessarii, qualis nunquam est fideiūssio.

3. Quoad depositum artinet certū est religiosus illius capaces esse argum. c. 1. De deposito, & habetur. I. Regia 3. part. 5. At

mortaliter peccabit religiosus, si absque consensu saltem presumpto prælati potentiis licentiam concedere, depositum gracie accipiat ob contractum initium, & obligationem, quā propria autoritate suscepit: sic Molin. tract. 2. de iust. *disp. 525. vers. non solum clericus.* Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 27. Monasterium vero non teneat de deposito culpa religiosi depositarij amissio, vel deterius effecto, tametsi ex licentia prælati suscepitum sit. Quia licetia solū deseruit, ut licet religiosus depositum accipiat, non tamē vt inde prælatus, au monasterium obligetur. Quinimo etiam prælatus depositum accipiat, & non monasterium, monasterium obligatum non remaneat, quia in subienda obligatione non consentit, colligitur manifestè ex cap. gracie de deposito. & c. delictum de reg. Iuris in C. & docuit Lessius lib. 2. de iust. c. 27. dub. 2. n. 12. Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 29. Ipse vero religiosus depositarius, cuius culpa depositum amissum, vel deterritorum est, obligatur solvere, si aliquando sit solvendo, ut obligator si pecunia habeat sue dispositioni reliquæ, ex quo absque gravi incommodo solvere possit. Monasterium vero ex illo deposito depedito, vel deterrorato, si locupletius factum est, ea in parte depositum solvere tenetur. Quia quadam eam partem depositum virtualiter manet; habetur dolo cap. 1. de deposito, & traditum Lessius, Sanchez & Molina *supr.*

4. Supereft tamen triplex difficultas: Prima, an prælatus Abbas depositum apud monachum existens auctoritatem; & apud se retinere. Repondeo, non posse nisi domino consentiente, quia illud esse depositum removere, & vindicare: posset autem intendere religiosus, ne apud se depositum habeat, led domino reddat, vel ex illius consensu procuratori tradat Sanch. lib. 6. cap. 14. num. 3.

5. Secunda difficultas est: an prælatus videns subditum in obsecratione depositi delinquenter, nec corrigens teneat de deposito? Aliqui affirmant non teneri, sicut non teneat restringere confessarius omittens culpabilitatem obligare penitentem ad restitutionem faciendam: quia nec confessarius, nec prælatus sunt constituti iudicem in aliorum fauorem, sed in fauorem subditorum: ac proinde comparatione suorum subditorum delinquere contra iustitiam: non autem comparatione aliorum. Ergo non teneat de domo: sic Hostien. cap. gracie de deposito n. 14. Tabiena verbo *monachus* n. 13. Verum etiā hæc sententia sit probabilis, probabilem reputo prælatum in dicto casu obligatum esse de deposito: quia ratione officij ab Ecclesia concessi teneat impetrare damna suorum subditorum: sicut teneat quilibet alius secularis gubernator. At hic omittens culpabilitatem impetrare damna a suis subditis facta obligatus est refaciere. Ergo similiter regularis prælatus. Neque est vereum esse constitutum iudicem tantum in fauorem subditorum: nam eriam est constitutus iudex in aliorum fauorem, si aquitas potuauerit: est enim index inter partes. Alias si potenti domino depositum non cogitet religiosum reddere, nullam inde obligationem habet, quod nullatenus est admittendum: cum iudex sit inter partes. Secus dicendum est de confessario, qui solum pro penitente est index constitutus, & ita sustinet Greg. Lopez leg. 1. Regia. it. 3. verbo religios. part. 5. Sanch. alis relatio, lib. 6. sum. c. 14. n. 33. Infuper posse, & debet prælatum punire subditum in obsecratione depositi delinquenter: sicut cum in aliis obsecrationibus delinquit, in comperto est apud omnes, cum nullus sit textus eximens hoc delictum à prælaci punitione. Molina dicit *disp. 525. vers. non solum*: Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. num. 31.

6. Tertia difficultas est: an depositum factum Ecclesia, vel conuentui teneat Ecclesia solvere, cum est culpabilitas amissio: Videtur nequaquam tenevi, si res immobile, vel mobilis pretiosa distraherenda est ad illius solutionem, & Ecclesia ex deposito iurum non sensit: quia cum horum alienatio interdicatur Ecclesia, nisi illius virga virilis, seruiturque solemnitates a iure requisitus, nequit monasterium accipiens depositum aduersus hoc interdictum obligationem suscipere: sic tradit Abbas, cap. gracie de deposito, n. 10. cum Innocentio, & Joanne Andrea ibi: At contrarium tenendum est cum Glosa eo cap. gracie, verbo *personæ*, & ibi Anton. num. 5. & 13. Immola, num. 15. & 16. Cardin. num. 1. notab. 3. & num. 7. queſt. 7. leg. Regia 7. tit. 3. part. 1. & ibi Greg. Lopez, Sanchez supradictos referunt lib. 6. sum. cap. 14. n. 33. colliguntur, quod aliud depositum, vbi excusat Ecclesia ab obligatione soluendi depositum: quia non ipsi, sed singulari per sonum commissum fuit. Ergo si Ecclesia commissum est, cessaret excusat, & obligatio superueniret. Neque ibi sit vila distinctio de deposito cedente virilitatem Ecclesia, vel in virilitatem solius deponentis. Ratio vero est, quia ius permittente Ecclesia depositum accipere, non extrahit depositum à sua essentia, & qualitate. At essentia depositi est obligare depositarij in obsecratione illius delinquenter ad satisfactionem exhibendam: Ergo Ecclesia, quæ ex iure permittente depositum accipit, obligata est, si delinquat, satisfacere. Neque obstat, quod ad hanc satisfactionem necessarium aliquando sit rem immobilem, vel mobilem pretiosam distractare, ut inde excusat possit: quia hac distractio

strictio est obligatoria, & in consequentiam obligationis depositi suscepit: ac proinde opus non est feruare solemnitates a iure requistas pro rerum Ecclesiasticarum alienatione: haec enim statuta sunt pro alienatione voluntaria, & directa.

7. Neque aduersus hanc obligationem, vt optimè tradidit Gregorius Lopez leg. 7. titul. 3. part. 3. num. 1. verbo *Bienas si: Sanchez lib. 6. summ. cap. 14. num. 36.* iuuari potest Ecclesia, vel monasterium beneficio restitutions in integrum, si dolo depositum amisti: sicuti nec minor, cui Ecclesia comparatur cap. 1. de restitu. in integrum, hoc beneficio iuuatur, cum est in dolo, argument. leg. 6 ex causa §. nunc videndum ss. de minoribus. Secus vero (inquit Sanchez alias relatis) dicendum est, si solum efficit in lata culpa, quæ non dolum erunt, sed presumptum inducit.

8. Quod fitandem roges, quando censeatur depositum fieri monasterio, vel Ecclesia, quando praefato, vel alteri monacho, vt singuli personæ? Optimè responderet Glosa dicto cap. 1. De deposito. Gregorius Lopez dicta leg. 7. titul. 3. part. 5. Sanchez alias relatis, numer. 37. monasterio, & Ecclesia depositum fieri, quando fit ex consensu praefati, & capituli, vel illis scientibus, & non contradicentibus, cum posse sint: quia eo ipso censemur depositum acceptare. Item si fiat apud Sacramentum: vel procuratorem ad recipienda deposita designatum. Debet tamen recipere seruatis conditionibus, quibus facultas a conuentu commissa est. In Societate autem Iesu, cum omnes contractus collegij bona obligantes ex folio Superioris consensu celebrantur ab illo capituli congregations, vt constat ex compendio priuileg. verbo *contractus*. Si superior quatenus talis est depositum accipit, aliisque ex illius consensu, consentitus tenetur ex deposito: quia factum superiori, alteri ex illius consensu, conuenit euenit factum. Seruata tamen est regula *Proposit. 69.* & regulæ *Rectoris 64.* quibus incedit depositum pecunia admitti, aliarum vero rerum non nisi cauti illimè, & dummodo sine eorum, quibus multum debeamus, aut ab eo, qui id offici sine magna offensione denegari non possit.

§. V.

De venatione, aleatumque ludo religiosis interdicto.

SUMMARIUM.

1. Hac religiosis interdicuntur, sed sceluso scandalo non videntur moralia.
2. Ad Religiosos laicos prohibito extenditur.

1. C **E**rtum est haec Clericis, & a fortiori religiosis interdicti: nam de venatione est Texi, in cap. 1. & 2. De clero venant. & Clement. 1. §. porro de Statu monach. quem renoua Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. Debet tamen esse venatio canes, & aues infrequendo, & vociferando, quia haec religiosum, & clericum dedecet. Seculio scandalo, contemptu, & temeritate non esse peccatum mortale venari censet Nauarr. com. 4. de regularib. num. 26. Sa verbo *venatio*, num. 4. edit. Roman. Sua. 1. 4. de relig. trist. 8. lib. 1. cap. 11. num. 12. Adde etiam à veniali exculari posse, si venatio rara sit, moderata, & ad reficiendas animi vires, sā, Sua. suprà. Idem ferè dicendum est de ludo alearum, & taxillorum, sub quo ut notat Valent. 2. 1. disp. 5. q. 6. par. 5. verf. ubi duo sunt notanda, pag. 290. intelligitur omnis ludus fortuna potius, quam industria commissus. Este quidem clericis prohibitum imo tali ludo interest, cap. penult. de vita, & honest. cleric. cap. 41. & 42. Apofol. relatis cap. 1. 35. disp. pena suspendi, vel excommunicationis imponenda decernitur qui his ludis inferuerit, & cap. inter dilectos De excesso, prælator. quidam clericis, eo quod est publicus aleator, & viaturus repulsi est à dignitate, ad quam fuerat electus, non obstante consuerudine, clericorum sic ludendi, quam dicit Pontifex corripelam est. Et quibus textibus constat manifestè clericis consuetudinem ludendi esse prohibitum: non autem una, vel altera vice ludere. Illa enim verba, vacans, deserviens, aleator, consuetudinem, & ludum quasi ex officio designavit, vt bene aduerteret Salas de Ludo, dub. 24. num. 2. Atque ita docet Molina, disp. 512. Azer. 1. 3. lib. 5. cap. 27. quæst. 2. Rebellio 2. part. lib. 12. q. 1. Salas num. 3. Imo non defunt Doctores, qui etiam consuetudinem a peccato mortali excusat, si reparationis causa habeatur, & non principaliter ob lucrum: sic Sā verbo *Ludus* n. 1. Valent. 2. 1. disp. 5. q. 6. punct. 5. §. 1. 2. verf. vbi duo sunt relati à Salas suprà. Iple tamen contrarium merito finit: quia textus ludum prohibentes ponderant consuetudinem ludendi, non autem luci finem.

2. Sed an haec prohibito clericis facta ad religiosos laicos extendatur, difficultate non caret. Neque Salas extendit, affirmatque dub. 24. n. 3. verf. 4. religiosum laicum ludentem

affidit contra supradictos Canones non peccare. Moveretur quia de clericis in factis expresse predicti texus loquuntur ergo absque fundamento ad religiosos non clericos fit extensio. Nihilominus tenendum est opportunitum cum communis sententia docente sub nomine clericorum religiosos continere, quoties prohibitorum deceniam statutus recipit, & ita tradit in praesenti Nauarr. cap. 2. n. 9. Valent. verf. alterum est. Rutilio Veconio in speculo lib. 1. disp. 1. q. 7. dub. 4. Sua. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 11. n. 2.

§. VI.

De gradu litterarum Doctoris, & magistri, an sit collegiosis interdictus. Et quid in Societate Iesu.

SUMMARIUM.

1. Religiosus potest gradu doctoris, vel magistri in iure canonico, vel sacra theologia insigniri de superiori licentia. Idemque dicendum est de gradu in iure cuiuslibet, vel melius.
2. Si autem religiosus predicti gradibus decoretur absque licentia superioris, valida est suscepit, esto peccaminis. Diuersum procedit in religione Predicatorum, & Minorum propter carum specialia præiugia.
3. Religiosis Societatis Iesu non aliter predicti gradus licentia, quam de Propositi Generalis licentia, & seruit quaque conditionibus.
4. An omnijs examini in Societate Iesu gradus suscepimus validus si: sub distinctione respondetur.
5. Explicatur secunda conditio.
6. Explicatur tercya.
7. Explicatur quartæ, & quinta.
8. Expeditum priuilegium Iulij 111. latum in favorem sociatis Iesu.

1. **N**on defuerunt, qui hunc gradum honoris, & scientie signum impugnarent, riposte alienum a religioso statu pauperi, & humiliati eos convincti D. Thom. opus. 1. p. contra impugnantes religionem. c. 2. & 3. D. Antonii. 3. p. tit. 14. 2. §. 8. Non enim assumitur ad vanam ostentacionem, sed ut cum maiori fructu, & proximorum satisfactione verbum Didicimur. Debet autem assumi ex scientia praefati: Tum quia omnes religiosi actiones ei debent esse subiectae: tum quia ex gradu insignitis plura iura, priuilegia, & exceptiones continent, quibus absque licentia praefati, non decet religiosi vivi. At stante predicta licentia, gradu doctoris, & magistria theologia, sacrificare Canonibus omnes religiosi etiam Franciscani insigniri possunt, seruatis tamen conditionibus, quia in hac licentia concedenda qualibet religio pro suis libidinis prudentissime praefertur. Solum est difficultas, hoc licentia extendi possit ad gradum Doctoris, & magistri in iure ciuilium, vel medicina, eo quod studium harum scientiarum sit religiosis interdictum. Non magister, cap. super specia. Clerici vel monachi. Sed omnino dicendum est, si posse extendi, si religiosus his facultatibus ante religiosum ingrediatur operam dedit: immo etiam si in religione illis addiscendis contrarios Canones deliquerit, si tamen illis petitus est, poterit ex facultate superiorum harum scientiarum gradu decoretur, quia nulli libi huius gradus acceptio est prohibita. Neque ea prohibito induci potest ex prohibitione studij illarum facultatum, quia est res omnino diversa. Tum quia hoc studium prohibetur, vt theologia studium crebat, & extendens, ut finis non impeditur, ex eo quod religiosum gradum Doctoris, & magistri in iure Cœfario, & Medicina accipiat post harum facultatum cursum confundmatum. Atque ita docent Felini, cum dilecta. n. 19. de Rescript. Nauarr. comm. 2. de Regularib. num. 2. Salcedo præf. c. 59. Man. Rodriguez. 1. 2. quæst. regular. q. 74. art. 1. & Sanchez lib. 1. summ. c. 14. n. 45.

2. Quid si religiosus absque sui superioris licentia superdiutarum scientiarum gradu decoretur, validus est suscepit, etc. peccaminis iure communis spectato: quia nullus est rex, ex quo colligi possit irritum esse nullum. Quapropter qualibet religio sua priuilegia spectare debet, vt inde colligatur, an haec suscepit annulatur. Credo tamen nulli religioni excepta Prædicatorum familia hoc priuilegium irradians gradum assumptum absque superiorum licentiam darum est. Religioni vero prædicatorum concessit Innocent. VIII. vt habeatur in monumento ordinis. edit. 2. fol. 75. concl. 194. & recet. Man. Rodriguez. dicta q. 74. art. 3. quod nullus Frater ordinis Prædicatorum, seu de Observantia prouincia, aut congregations Hispaniae magisterij seu alii quecumque gradū in facia theologia, nisi ad illud per capitulo dicta congregations expeditus fuerit, assumere præsumat. Et quod si qui alterum promovet, pro non promotus habetur, & ad huiusmodi gradus in habiles sunt, & esse cœscatur. Quæ decisio nō ad alias religiones imo

imo neque ad Fratres eiusdem religionis non reformatos extendit. Nam eto religiones in privilegiis concessis communicent; non inde instauri communicare in privilegiis specialem rationem & institutum aliquius religionis spectantibus, & ita tradit Man. Rodrig. dicto t. 2. quaf. regular. q. 74. art. 3. Sanchez lib. 6. cap. 14. in fine. Præterea religionis Minorum concessis Martin. V. prot referit Man. Rodrig. dicta 74. art. 2. Quod quicunque Fratres promoti fuerint ad gradum magisterij in theologia extra uniuersitates ab ipso ordine per generalia capitula ad hos specialiter electas, & absque eo quod ante perficerint debitos suos cursus, & sententias legunt in uniuersitatibus approbatos, & actus legitimos, & cetera exercitia scholastica fecerint prout legere, & facere nequeant de confundendis, vel de iure in huiusmodi rite magistrandi scientia, minimè de caro gaudent possint beneficio, honoribus, gratia, priuilegiis, exemptionibus, & indulgentiis tam in dicto ordine, quam extra magisterio in theologia, Apofolica, vel quavis alia autoritate concessis, & quibus magistri huiusmodi viri, & gaudente confuerenter, insuper graues penas iniungit sic promouenibus. Verum est tamen ut penas his decetis contentar locum habeant, presumptio ne requiri. Quapropter quilibet ignoranta modo non sit ingens temeritas ab illarum incuria liberat, uti notarunt Sanch. & Man. Rodrig. docis allegata.

4. Superest dicendum de Societatis Iesu religiosis. Certum est neminem gradu aliquius scientia insigniti posse absque licentia Praepositi Generalis, ut expressè habetur reg. 61. Provincialis, ibi. Quamvis in actibus scholasticorum communibus exercendi sive nostri iuxta constitutiones, nullus tamen ad philosophia, vel Theologia gradus etiam si idoneus sit promoueatur sine Praepositi Generalis facultate. Conditions autem, seu qualitates pro his gradibus recipiendis seruandæ praescribuntur, 4. p. constitut. cap. 6. num. 17. & cap. 15. num. 4. Et reg. Provincialis 64. Prima est, ut per diligenter examinationem digni inueniantur, qui gradum luctuipere debent. Secunda, ne loca certa, quamvis ea in uniuersitate vbi gradum accipiunt dari solent, accipiunt, sed extra numerum se constituant, & subditur ratio; ut ab omni ambitionis specie, arque ab aliis affectibus parum temperatis recedant. Tertia, ne lumperus, qui pauperes non decant in gradibus huiusmodi continent. Quarta, ne ab aliis quam ut possint proximis ad Dei gloriam esse viiores promoueri debent, ut nullum humilitas pariar detrementum: hæc continentur dicta 4. p. constitut. c. 6. §. 17. Quinta habetur reg. Provincialis 64. ne nomine Doctoris, vel magistri ratione gradus inter se religiosi vntantur. Ferè cum supradictis conditionibus coincidunt apposita eadem 4. part. constitut. cap. 15. §. 4. pro collatione graduum in uniuersitatibus Societatis regimini committuntur. Prima est, ne quis nisi diligenter, & publicè examinatus per personas designatas, quæ bene summum officium faciant, & idoneus ad prælegendum candem scientiam inuentus promoueatur, siue ille de Societate sit, siue extra eam. Secunda, ut præcludatur ostium ambitionis nullis locis certis eis, qui ad gradus promouentur, affligatis, quin potius honore se inimicem præuenire nulla locorum differentia obseruantur. Tertia, ut quemadmodum Societas gratis doceat, ita & ad gradus gratis promoueat, & non nisi admodum exigni sumpus (licet voluntari finit) exteris permittantur, ne confundendo vim legis tandem obtineat, & in ea parte decurio temporis excellus fiat. Vnde in declaratione dicitur, non permettantur conuicia, nec alii ludi, qui cum sumpibus non mediocribus sunt, & ad finem nobis propositum inutilies sunt. Quarta, ne Rector magistris, vel viliis alii de societate, sibi aut collegio pecuniam, aut dona quævis ab illo pro re quavis in ipsorum vtilitatem facta accipere permettatur. Quinta, ne in horum graduum collationes pilci, aut chirothecæ, vel quid alius deruit.

4. Circa primam conditionem de examine requisito dubitari posset; an eo omisso validus esset gradus? sed hæc quæstio facile deciditur. Si gradus recipiendus est in uniuersitate Societatis non subiecta, spectanda sunt eius statuta, quia si pro omnibus indifferenter hoc examen præscribuntur, nullus erit gradus eo omisso, tamen graduando nonoriò doctus existat, ut optimè tradit Rebuff. de priuileg. Scholar. priuileg. 86. ver. ego vero Hieron. Gonzal. reg. 2. cancellar. glof. 4. num. 89. creditur enim pro forma exigit, qua deficiente corrut actus. At si gradus in uniuersitatibus Societatis recipiendus est, potest Rector: Uniuersitatis habita licentia à Generali, vel publico iustas ob causas hoc examen publicum remittere, sicuti dicitur. 4. p. constitut. cap. 15. §. 4. in declarat. litt. E.

5. Secunda conditio de locis extra numerum accipiendis facilè observari potest in uniuersitatibus Societatis subiectis, at in aliis, in quibus frequenter loca designantur pro cuiusque antiquitate difficile est. Sed non obinde à recipiendo gradu illis uniuersitatibus debent religiosi Societatis excludi. Quia hæc conditio intelligi debet, cum com-

modè seruari potest, & quantum est ex parte religiosorum. Hi enim quantum est ex le loca certa non accipiunt, sed alii facile cedant, seque extra numerum constituant. Si tamen uniuersitas non solum ea loca certa tribuat, sed quasi ad ea recipienda compellat; cum ea receptione portius si necessaria quam libera, humiliati non derogat, neque ambitionis speciem habet, neque prauum aliquem effectum fovere, sic superponit pro certo Suarez 4. de religione tract. 10. lib. 5. cap. 4. num. 10.

6. Tertia conditio de non faciendis sumpribus pauperes decentius optimè seruari potest in uniuersitatibus Societatis, at in uniuersitatibus externis difficile appetit. Nam eto religiosi nullos extraordinarios, & indebitos sumpus facere velint: sumpus tamen obligatorij ita magni esse solent, ut videantur pauperes dedecet: sapient enim ad mille auricos accedunt. Ex quo videtur inferti in his uniuersitatibus non posse religiosi Societatis iuxta eorum regulas, & statuta promoueri, conformarique potest ex Bulla Pij IV. edita anno 1561. exponi nobis nuper fecisti; ubi statim post principium inquit Pontifex non expedire, ut scholaribus in nostris collegiis litteris vacantes promoueantur ab uniuersitatibus partim propter obligations, & iuramenta per inibi promouendos præstari solita, partim ob nimias, quæ ibi fieri solent impensas. Si ergo Scholaribus externis hoc non expediat, à fortiori non expediet Societatis religiosi. Nihilominus haec non urgent, quomodo possint religiosi Societatis in supradictis uniuersitatibus promoueri non quidem frequenter, sed raro: quando scilicet bono nomini Societatis, eosque doctrinæ, institutione defensioni, & proximorum militari iudicatum fuerit expedire; eoque calu non nisi selectæ personæ promouenda sunt. Quod vero frequenter non debeant in his uniuersitatibus religiosi promoueri, sed raro: conuinic. Bulla Pij IV. generaliter id affirmans de omnibus scholaribus, qui in nostris collegiis student: eaque de causa facultatem ibidem concedit illius collegij superiori, studiorumque præfecto, ut adhibitus secum duobus, vel tribus magistris prædictis scholaribus gradum conferat habentem eadem qualitates, priuilegia, & exemptiones, ac si in uniuersitate receptus esset. Sed hoc non obstante sapient supra dictis scholaribus expedit in illis uniuersitatibus promoueri. Tum quia gradus in uniuersitate receptus pluris apud homines estimatur. Tum quia gradus à societate concessus forte absque litigio non admittetur, cum ob alias causas. Ergo idem est dicendum de Societatis religiosis; frequenter inquit non expedire ab uniuersitatibus promoueri: bene tamen raro, & personas selectas. Neque hoc promotio est aduersus conditionem in constitutione præscriptam. Facto enim sumpus exiguo non esse, sed ingentes: nego tamen pauperes decere; alias dedecent omnes alios religiosos, qui vere pauperes sunt, concedendumque esset illos malè facere in supradictis uniuersitatibus se promouendo, Pontificemque, & prælatos inquit procedere permitentes uniuersitatibus sumpus à religiosis exigere. Non igitur affirmari potest supradictos sumpus à religiosa paupertate alienos esse. Ratio vero ea est, quia iij sumpus non sunt à religiosi pro libito, sed occasione gradu accipiendi, & in illius consequentiā. Cum ergo gradus in illis uniuersitatibus religiosos pauperes non debeat, sed sapient conuenientissimum sit, nec dedecere possunt acceſſorū sumpus. Illi ergo sumpus religiosos pauperes dedecent, qui necessarij non essent gradui recipiendo: quia iij non necessarij, sed vanitati deseruientes, quæ à religioso paupere procul esse debet. Supra dicta efficacius procedunt, cum non ex peculio religiosi, vel ex bonis religionis sunt hi sumpus, sed à quadam externo ad illam finem donantur. Eo enim cauī maiestatum est, non fieri sumpus, qui pauperes dedecent: cum non à religioso paupere sicut, sed à facultati ducit. Quod si facultaris non uniuersitati immidiata (ut facere poterat) sed religioso, vel religione eos sumpus donet in suspcione gradus consumendos, religiosus eos expendens dici non potest sua paupertatis puritatem violare: cum non ex sua libera voluntate, sed ex donanti voluntate ad rectum finem concessos expendat.

7. Quarta, & quinta conditio & facilè seruari possunt, & sunt omnino seruanda: quia humiliatatem spectant. Hæc enim probant non esse accipiendum gradum ob honorem, & lucrum, quæ ex gradibus prouenire solent, sed ob maiorem Dei gloriam, & proximorum salutem: sicuti recte notauit Suarez 1. 4. de relig. tract. 10. lib. 5. cap. 4. n. 11. Conditiones vero requisite in collatione graduum à Societate explicantur non indigeni, ex se enim facti patent.

8. Adiutendum tamen est illius III. in Bulla incipiente sacra religionis, edita anno 1552, quamque confirmavit Pius IV. in Bulla incipiente exponi nobis, anno 1552, concessisse religiosis collegiorum Societatis Iesu existentium in uniuersitatibus aliquius studij generalis, si prævio rigoroso, & publico examine in eisdem uniuersitatibus reperti fuerint idonei, & Rectores uniuersitatum eos gratis promoue-

re recusauerint, ut in prædictis collegiis à Præposito Generali, vel de eius licentia à quouis ex inferioribus Præpositis, vel Rectòribus huiusmodi collegiorum cum duobus, vel tribus doctoribus, seu magistris per eoldem eligendis promoueri possint ad Baccalaureatus, & Magisterij, Licentiatura, & Doctoratus gradus. Religiosis vero collegiorum existentium extra vniuersitates concessit, ut absoluto studiorum suorum curfu, & rigoroso examine præcedente à Præposito Generali, vel de eius licentia à quouis ex Præpositis, vel Rectòribus huiusmodi collegiorum cum duobus, vel tribus doctoribus, & magistris per eoldem eligendis ad prædictos gradu possint promoueri. Hi vero promoti gaudent omnibus priuilegiis, & prærogatiis, quibus gaudent in vniuersitatibus rigoroso examine pravia, ac alias iuxta inibi obseruari solitos, & requisitos viis promouenter: sic in supradictis Bullis, & referuntur in compendio præstol. verbo gradus, & à Man. Rodri. t. i. quæst. regul. q. 7. 4. art. 3.

§. VII.

De officio tutoris, & curatoris religiosis interdicto.

- 1 Religiosi tam à testatore, quam à iudice designati tutores, & curatores esse prohibentur.
- 2 De tutela, vel cura legitimæ ep. aliquinis difficultas. Affirmatum partem tenent aliqui. Sed verius est negativa.

Non possunt religiosi in testamento pupillorum tutores, & minorum curatores designati, neque etiam à iudice deficitibus tutores, vel curatores testamentarii, & legitimis. Quod si ex testamento, vel à iudice designatur; ipsi admittere non possunt: habetur expressè cap. peruenit, 86. dif. & Auth. de sanctorum episcop. §. Deo autem amabilis collat. 9. Ep. leg. Regia 45. tit. 6. part. 1. & leg. 14. titul. 16. part. 6. Quod si hac prohibitione non obstante hanc tutelam religiosi admittant, nulla est affitio, & con sequent omnia inde subsecuta nullam sunt: sic affitio, s. in folio. moral. lib. 12. cap. 11. q. 3. Sanchez lib. 6. summ. cap. 24. numer. 23. Mouentur ex Textu in dicta Authentic. §. Deo autem vbi dicitur monachos nulla legge tutores, & curatores cuiuscumque persona fieri permitimus: & ex leg. Regia 14. vtente verbo non potest, ibi. Obi: po. ni mone, ni otro religioso non puede ser guardador de guerra. Quæ verba (inquit Sanchez) denotant religiosos incapaces esse curæ, & tutæ. Sed cum verbo non potest, quod efficacius est, quam non permetitur virat. Clem. 1. de Procuratoribus, vt negat religiosis procurationem, eoque non obstante decisum cum Sanch. reliquimus religiosos admittentes procurationem abso. superioris licentia validè admittere: efficitur sane ex verbo non potest, non probari fatis hanc religiosi incapacitatem. Et præterea, quia supradicta lex æquæ de Episcopis, ac religiosis loquitur, cum tamen Episcopi non redditur incapaces tutæ si eam admittant. Quapropter eam censco esse legitimum rationem: quia nullus religiosus, viro proprio carens obligare aliqua bona a potest pro tutela administranda, quod in omni tutela necessarium est.

2. Difficultas nonnulla est de cura, & tutæ legitimæ sic appellata: quia à lege deferunt consanguineis ad intestato succedentibus, an inquam huius curæ, & tutæ religiosi capaces sint ex licentia prælati? affirmat Glossa in cap. peruenit. 86. dif. ver. 1. t. 2. s. 2. & ibi. Tuncemta. Angel. verbo tute. lib. 1. Sylvestr. q. 1. Azot. lib. 12. in folio. moral. c. 11. q. 3. Mouentur ex dicto cap. peruenit, ubi haec tutela permittitur Episcopis, quibus religiosi æquiperantur, vt constat ex dicto cap. & ex leg. 14. tit. 16. part. 6. Et licet in §. Deo amabilis Authentic. de sanctissim. Episcop. sit qualibet tutela religiosis interdicta, corrigitur hoc interdictum (inquitur supradicti Doctor) per Texum in cap. fin. 86. dif. Sed multo verius est incapaces esse religiosos supradicta tutæ, quia in Auth. de fundatione Episcop. & leg. regia 14. indubitate omnis tutela religiosi interdictum. Textus autem in dicto cap. peruenit nullum verbum habet, ex quo posse colligi hoc interdictum corrigi: sic glossa dicto cap. peruenit in t. folio. Greg. Lopez dicta leg. 14. verb. no potest, Sanchez lib. 6. cap. 14. n. 25. Gutierrez. de tutela. p. c. 1. n. 30. Mol. t. 1. de iust. tract. 2. dif. 221. ver. religiosi. Quod verum habet, vt tradit Sanch. Mol. & Greg. Lopez etiam si tutela efficit miserabilem personatum. Quia esto haec tutela Episcopis permittatur in cap. peruenit, & aliquando ad illam suscipienda obligentur, possintque clericos sue dicessis cogere ad illius administrationem, nuncquam tamen religiosis id reperitur permisum. Neque est similius ratio de Episcopis, & religiosis, cum Episcopi proprium habeant, quod possit obligationi tutæ subiecere, tenuis religiosi.

§. VIII.

De electione sepulturæ religiosis interdicta.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælatus religiosus supremus eligere potest sepulturam inferiori autem dum superior non contradicit.
- 2 Prælatus eligere suis subditi sepulturam potest.
- 3 Subditus non potest sibi eligere sepulturam.
- 4 Prædicta doctrina apponitur limitatio.
- 5 Si superior permittat religiosi subdito sepulturam eligere, electionem valere, ut veritus responderetur.
- 6 Sepultra, casu quo eam licet eligere, cuius expensis facienda sit Breueri responderetur.
- 7 Si religiosi in loco remoto decedat sepultra non electa, in parochiali, sub qua decessit sepeliendas est. Si vero in loco monasterii sui ordinis adiit, aduersus Sanchez & alios sub distinctione responderetur, que non versatur circa religiosis Societas Iesu.
- 8 Novitius eligere potest sepultram, si ea non electa decedit.
- 9 Ceteris expensis nonitius sepeliendas sit. Specienda constat.

Tres sunt personæ religiosæ, de quibus dubitatur, ut possint eligere sepultram, Abbas, Subditi, & Novitius. Abbatem, si supremus religionis Prælatus fuerit ut eligere possit sepultram; quia habet velle & nolle à religione independens. De aliis prælatis inferioribus negat. Sylvestr. verbo sepultr. q. 6. & ibi Armill. lib. 6. quia aboluta velle, & nolle non habent, cum illi habeant ab aliis prælatis dependentes. At Man. Rodri. t. i. quæst. regul. q. 60. art. 1. & Sanchez. alliis relatis, lib. 6. sum. cap. 14. n. 7. probabilis concedunt cui libet prælatus potestate eligere sepultram: quia eo ipso, quo prælatus est, velle, & nolle habet in pertinenciam ad se, suorumque dispositionem. Quod si dicas habere voluntatem dependentem à superiori prælato, ex voluntate illius annulari posse. Respondeo antequam more confirmetur id verissimum esse, ac morte confirmata voluntas nequit annulari, quia non adest nisi in effectu, quem obtinuit. Supradicta procedunt, dummodo vere superior moriatur. Nam si officio deposito moritur, cessat electio antea facta: quia cum tempore prælature fortita non fuerit effectum, peric illius valor, utpote peruenientis ad tempus inhabile, incapax electionis: sic Sanchez & Man. locis allegata.

2. Sed an Prælatus eligere suis subditi sepultram possit? Affirmant Man. Rodri. t. i. quæst. regul. q. 60. art. 1. Mouentur, quia pater eligere potest filii impuberi sepultram in clavis potestate, sed religiosus est in potestate prælati. Ergo prælatus eligere potest ei sepultram. Sed contrarium merito defendit Petrus Valdis ab ipso Manuele relatus, quem sequitur Sanchez dicto c. 14. n. 6. Quia pater non elegit epulorum filio impuberi ratione patris potestatis, & filio pater eligere potest, & vxori maritus contra Text. in cap. dict. de sepul. in 6. cum prædicti filii puberes sive sub patria potestate, & vxori sub potestate mariti, sed eligit sepultram, quia ita est confutatio receptum vt constat ex dicto cap. litter. quæs. confutudo pro religiosis non invenitur. Dicit religiosorum voluntas translatæ omnino est in prælati voluntate: sed hæc translatione cessante posset quilibet religiosus sepultram eligere. Ergo id ipsum poterit prælatus ob prædictam translationem. Respondeo negando consequentiam: quia non transfert voluntas quoad realitatem, sed quoad fabellam iuxta religionis regulas: ut in nulla religione hæc potestas concessa est prælati eligendi sibi subditi sepultrum: quippe ester contraria iuri canonica decrementi locum sepulture caretibus electione.

3. De religiosis subditis est dictio in cap. de sepul. Sylvestr. in hæc verba: Religiosi nisi à propriis monasteriis adeo sofitas sint remoti, quod ad ea cum moriuntur commode portari non possint, nequeunt cum velle, vel nolle careri, sibi eligere sepultram, sed sunt apud sua monasteria cumulandæ. Ex cuius textus decisione inferitur religiosum eligere non posse sepultrum, nisi a proprio monasterio ita remotus sit, ut neque commodè ad illud cum moriatur deportari. Neque obstat sepultram concedendam esse religiosi, eo tempore quo iugo obedientiæ solutus sit, vt inde inferas eligere posse. Nam est id locum habeat in muliere vxorata iuxta texum in cap. de uxore, De sepultr. vbi vxorata conceditur sepultræ cœlio, eo quod electio ista, vt inquit textus, ad eum potius statuit pertinet, in qua mulier solutus à lege vixit, non inde inferitur religiosum eligere posse: quia vxoris subiectio est longe diuersa à religiosi subiectione: illa enim folium habet locis

locum in his , quae prelucrare possunt marito , non in aliis ; & que de causa iniuria marito restari potest , & eligere sepulturam ; quia in horum dispositione marito non praedicit. At religiosi subiectio tam prædicantia prælati , quam non prædicantia spectat ; quia est subiectio plena voluntatis ac proinde religioso non permittitur sepultura elektio , benè tamen ex ore : sic glossa dicit cap. fin. de sepultur. in 6. vor. sepulturam. Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 1.

4. Hanc tamen doctrinam communiter Doctores limitant ne procedat in religioso ita longe à proprio monasterio decedente , ut nequeat commodè ad illud sepeliendis deportari . Nam ex ea casu permititur ius , ut sepulturam eligere possit , cum propria nequeat ei concedi ; colligitur ex dicto cap. Religiosi de Sepultur. in 6. per argumentum à contrario sensu & tradit. glossa ibi in fine . Abbas c. 1. num. 4. de sepultur. & cap. nimis iniqua de excessib. prælat. n. 2. per illum iest . Sylvest. verbo sepultura q. 6. Narrat. comment. 2. de Regular. n. 43. Man. Rodrig. quasi regular. t. 3. q. 60. art. 2. vers. aduertendum Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 3.

5. Sed quid si superior permittat religioso subditio eligere sepulturam , erit licet , & valida electio ? Videut non esse ; quia lex in dicto cap. religiosi expressè decidit religiosos carere potestate eligendi sepulturam , eisque apud sua monasteria tumulandos , nisi ita remoto à proprio monasterio decedant , ut nequeant commodè ad illud deportari . Cum ergo texus sepulturam designet ; & potestate eligendi collat. , solumque in illo casu speciali absentia concedat ; efficit nec licentiam à prælati concedi posse , ipso contra legem Pontificiam , nec electionem ex vi illius licitam , validamque esse . Ceterum verius videatur oppositum : posse inquam prælatum licenciam concedere , electione neque inde factam licitam validam esse . Monachis quia prælatus eligere sibi sepulturam potest , ut dictum est , ergo potest religioso subditio facultatem eligendi concedere . Neque enim maior potestate secum vii potest , quam cum subditis ; si quidem tota potestas dispensandi secum prælator competens ex officio gubernandi subditos prouenit , atque adeo potius cum subditis , quam secum vi illa poterit . Deinde Text. in cap. religiosi sa ratione ducitur ad negandam potestatem potestatem eligendi sepulturam , quia vel , vel nolle carer , hoc est quia carer valuerat propria à prælatio independente . Quæ ratio solum probat non posse religiosum eligere sepulturam ex pecunia inconsolato , at non probat ex eius licentia eligere non posse . Nam ea posita & velle , & non habet .

6. Sed cuius expensis hac subditi sepultura , & prælati sibi sepulturam eligentes facienda est ? Respondeat ex illis bonis , quia ad huiusmodi effectum prælatus applicaverit , quia tam peculia religiosi ; quam bona monasterii lue dispositioni subduntur . Quod si prælatus non expressius credendum est eius voluntatem fuisse , ut ex pecunia defuncti dictæ expensas solvantur ; quia religiosi virilis est . Si autem prælaus , vel religiosus peculio parent , ex boni monasterij solvenda expensæ sunt . Neque mirum est ; quod monasterium eam obligationem habeat ; si quidem ea tenetur cum religiosis extra monasterium in loco tenore decedit sepultura non electa . Quia eo casu si religiosus peculio , vel beneficio carer , expensis monasterij sepelitur . ut tradit Man. Rodrig. rom. 3. quæsi regular. glossa 60. art. 3. & Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 4.

7. Eo autem casu , quo religiosus in loco remoto decedit sepultura non electa , in parochiali , sub qua decessit , sepeliendus est ; sicuti qualibet alius sacerdotes in itinere mortiens : tradit Glossa dicto cap. religiosi , de sepultur. in 6. & ibi Anch. Franc. & Dominie , quos refert , & sequitur Sanch. dicto cap. 14. n. 4. Si autem eo in loco monasteriorum sui ordinis adit . Sylvest. relato Anon. cap. de sepultur. verbo sepultura q. 8. ver. fecundum , & Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 4. affirmant in eo sepelendum religiosum esse , & non in parochiali esto transfeuerit ibi commoratus fuerit . Et ratio esse potest ; quia illud monasterium aliquo modo proprium religiosi est . Ceterum verius censetur in parochiali , sub qua decessit sepeliendum esse , si solum transfeuerit ibi extiterit ; quia iure firmatum est quemlibet peregrinum si ad sepulchra suorum majorum deferti non potest , in parochiali illius loci , in quo decedit esse sepeliendum , ut tradit Sylvest. pluribus relat. supra . At ab hac generali lege non invenimus exemplum religiosus à proprio monasterio remorsus , ergo ibi sicut & alii peregrini , sepeliendus est . Neque obstat ibi adhuc monasterium sui ordinis , quia illud non est proprium alios non potest eligere sepulturam , sed necessario apud illud esset tumulandus . Notanter dixi , si solum transfeuerit ibi extiterit , nam si in illud monasterium missus fuerit causa perpetuae residencie , apud illud sepeliendus est ; quia est proprium , proprieaque religiosi parochia . Atque ita docet Glossa ex communione sententia eo cap. religiosi in causa positione . Religiosi vero Societas Iesu , cum nullam Societas domum singulariter propriam habeant , sed qualibet domus , & collegium proprium cuiusque sit , si in eo loco decedant , ubi dominus , vel collegium Societatis est , apud ipsum

sunt sepeliendi , & non in parochiali , nec in cathedrali .

8. Superest dicendum de nouicio quem certum est , eligere posse sepulturam ; quia solum religiosi sepultura electio interdicta est , cap. fin. de sepultur. in 6. At nouitius sub nomine religiosi in odiosis non venit . Deinde religiosi sepultura electio prohibetur ; quia parente velle , & nolle proprio , quo ramen nouitius gaudet , & ita tener alii relatis Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. num. 10. At si decedant non electa ; in monasterio sepeliendi sunt . Tum quia monasteriorum est nouitius parochia , & prælati parochiis quoad sacramentorum suscepionem . Ergo etiam quod sepulturam . Tum quia ita est confutidine receptum , & privilegiis religionum firmatum : sic Sylvest. verbo sepultura , q. 8. dicto 7. Man. Rodrig. quæsi regular. q. 60. art. 2. fine . Sanch. alii relat. dicto cap. 14. num. 11. Neque ab hoc iure cadit nouitius , ut placuit Sylvestro , quamvis voluntate haberit redeundi ad sarculum ; nam dum recipia non reddit , domicilium acquisitum non admittit . Sanch. dicto c. 14. n. 11. fine .

9. Quod si inquiras , cuibus expensis nouitius sepeliendus sit . Breuitate respondeo , sepeliendum esse propriis expensis , si proprium habeat , nisi confutidine introductam sit expensis monasterij sepeliendum esse . Sanch. dicto cap. 14. num. 12. At si proprio caret , monasterij expensis est sepeliendum , quia illius est membrum , & sub illius obedientia decebat . Quod adeo verum est , ut scelusa confutidine parentes eius diuties obligati non debeat , eas expensis solvere , & potest qui ab eorum causa separatus decebat , quamvis reuocabiliter . Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 14.

P V N C T V M . XIV.

Quibus penas subiiciuntur Religiosus delinquens à Prælati regularibus puniendus .

S V M M A R I V M .

1. Duplex genus panarum distinguuntur .
2. Religiosi delinquens penitentia prælati subiecta est .
3. Quas penas spirituales prælati regulari imponere possit .
4. Abbatia sua spiritualibus coercere moniales non potest .
5. Prælati regulari interdictum subditum delinquenter penam mortuam puniri . Idem dicendum est de mutilatione , & verbervatione publica .
6. An pena triremium possit religiosus delinquens à prælati regulari condemnari . Arguitur pro parte negativa .
7. Dicendum est prælatorum regularium posse hanc penam infligere , & solvuntur rationes contrarie .
8. Panam incarcerationis temporalis seu perpetua , ieiuniorum & alias similes posse Prælatius infligere , & subditus tenetur in se exequi .
9. De pena perpetui carceris , & tritemis est difficultas , an obligati sint religiosi eas exequi . Proponitur ratio dubitandi pro parte negativa , & solvuntur rationes contrarie .
10. Ad sententia affirmativa , ut post à communione recendendum non est . Et si existat ratione dubitandi .
11. Si carcer si ita durus , ut periculum vita timet , fugere potest .

1. Dplex genus peccatum distinguere possumus ; alias sunt penae spirituales , aliae corporales . Spirituales sunt , excommunicatio , suspensio , interdictum , irregularitas , & inhabilitas ad quaecumque beneficia , iura , & ministeria spiritualia : Corporales sunt quaecumque corporis afflictio , & castigatio , incarceration , infamatio , reprehensio , maximè si publica sit , deputatio ad vile ministerium , vel laboriosum &c .

2. Religiosum igitur delinquenter subiectum esse punitione prælati in comperto est apud omnes ; quia est pars communis religiosarum , que potestatem habet subditos delinquentes puniendos , cum ratione dominij ex professione acquisiti , tum ratione iurisdictionis à Pontifice concessa . Verum est quod potestas dominicata spectata puniri religiosus gravi pena non potest . Non enim potest morti condemnari neque perperuo exilio , nec tritemibus aliquibus penis similibus , quia haec aliena sunt à domestica , paternaque gubernacione , quam potestas dominicata respicit . At spectata iurisdictionis potestate haec omnes infligi possunt , si abique vlla limitatione iurisdictionis concessa sit .

3. Et quod actinet ad penas spirituales qualibet prælati regularis , etiam localis (nisi confutidine aut constitutionibus religionis limitatum sit) potest religiosum delinquenterem censuris excommunicationis , suspensionis , & interdicti personali innodare ; quia haec potestatis concessio & correctioni delinquenteris , illiusque punitioni maximè necessaria ,

Ferd. Castro Sam. Mor. Part II. 1.

X erat